



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris  
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,  
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,  
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,  
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &  
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:  
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia  
illustrata: facundissimis ...

Sive Eivsdem Historia Ecclesiastica Anglorum, Vitæ Aliquot Sanctorvm, Et  
Martyrologium

**Beda <Heiliger>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1688**

Vita Divi Cuthberti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71990](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71990)

potesis: in cuius operis prafatione promisi me alias de vita & miraculis ejus latius esse scripturum: quam videbit promissionem in praesenti opculo, prout Deus derit, adimplere fatago. Orantem pro nobis beatitudinem vestram Dominus omnipotens custodire dignetur in omnem dilectissimi fratres, & Domini mei, amen.

## CUTHBERTI EPISCOPI ET CONFESSORIS VITA.

### CAPUT I.

*Quomodo puer Dei Cuthbertus per infantem sit predicto Episcopatu adamitus.*

**P**RINCIPUM nobis scribendi de vita beati Cuthberti, Hieremias Prophetae consecrat, qui anachoretice perfectionis statum glorificans ait, Bonum est viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua: fedeliter solitarius & tacebit, quia levabit se super se. Hujus namque boni dulcedine accensus vir Domini Cuthbertus, ab ineunte adolescentia iugo monachica institutionis collum subdit: ubi opportunitas juvit, arrepta etiam convesatione anachoretica, non paucum tempore solitarius federe, atque ob suavitatem divina contemplationis ab humanis tacere delectabatur alloqui. Sed ut haec in maiore aetate posset, superna illius gratia ad vitam veritatis palatim a primis iam pueritiae incitaverat annis: liquidem usq; ad octavum aetatis annum, qui post infantiam pueritiae primus est, solis parvularum ludis & laetivis mentem dare noverat, ita ut illud B. Samuelis tunc de ipso posset testimonium dicat. Porro Cuthbertus necdum fecerat Dominum, neq; revelatus fuerat ei sermo Domini: quod in praconium laudis dictum est pueritiae illius, qui aetate major perfecte jam cognitus erat Dominus, ac sermonem Domini revelata cordis auro percepturus. Oblectabatur ergo et diximus, jocis & vagariibus, & juxta quod aetatis orco poscebat, parvularum conventiculis inter se cupiebat, ludentibus colludere desiderabat: & quia agilis natura atq; acutus erat ingenio, contendebat ludo (apud pravale-re consueverat, adeo ut fessis nonnunquam ceteris ille indefessus adhuc, q; quis ultra secum vellere certare quasi virorū luctabundus inquireret. Sive enim saltu, sive cursu, sive luctu, seu qualibet alio membrorum inquinamine se exercerent, ille omnes aequos, & nonnullos etiam maiores a se gloriabat esse superatos. Cum enim esset parvulus, ut parvulus sapiebat, ut parvulus cogitabat: qui postmodum factus vir, plenissime ea quae parvuli erant, depositus: & quidem divisa dispensatio primitus elatione animi puerilis digne se pedagogico compescere dignata est. Nam si-  
cuit beata memoria Trumwine Episcopus ab ipso Cuthberto sibi dictum perhibebat, dum quadam die solito lumen in campo quadam non modica puerorum turbam insisteret, intercesset & ipse, & sicut ludentium levitas sollet contra congruum natura statum variis flexibus membra pleriq; sinuarent, repente unus de parvulis triennis ferme, ut videbatur, accurrit ad eum, & quasi senili constantia cepit hortari, ne jocis & otio indugeret, sed stabilitati potius mente mitem simul & membra subjungaret. Quo monita spernente, lugere ille corruiens in terram, & faciem lacrymis rigans. Accurrunt consolatueri ceteri, sed ille perflat in flexibus. Interrogant quid haberet repentinum, unde tantis affecteretur lamentis? At ille tandem exclamans, consolans se Cuthberto, Quid inquit, sanctissime antistes & presbyter Cuthberte haec & natura & gradu tuo contraria geris? Ludere te inter parvulos non decet, quem Dominus etiam majoribus natu magistrum virtutis consecravit. Audiens haec bona indolis puer, fixa intentione suscepit, illo nimis spiritu interiorius ejus praecordia docentes, qui per os infantis extrinsecus ejus aur-

bus insonuit. Nec mitandum cuicunque parvuli lasciviam per parvulum potuisse Domino agente cohiberi, qui ad prohibendam Prophetæ insipientiam ore subjugat multitudinationib; verba, cum voluit, edidit, in cuius laude veraciter dictum est. Quia ex ore infantium & laetentium perfecisti laudem.

### CAPUT II.

*Quomodo genu dolente claudere sit affectus, & Angelo medicante sine mora sanatus.*

**V**ERUM quia omni habenti dabitur & abundabit, id est, habent propositum amoremq; virtutum harum copia supermo munere donabunt: quoniam puer Domini Cuthbertus, qui per hominem accepit hortamenta, sedulo corde retinebat, etiam angelico visu & afflato confessori promeruit. Nam subito dolore genu corruptum illius acti copitum grossescere, ita ut nervis in poplite contractis, pedem primo a terra suspensum claudicans poitaret, debinc ingravescente molestia, omni penè privaretur incessu. Qui die quadam deportatus foras a ministris arcu sub diu recumbens, vidit repente venientem de longe equitem albis indutum vestimentis & honorabilis vultus & equum cui insidebat incomparandi decoris. Qui cum adveniens mansuetu illum salutaret allocutus, addidit quasi per jocum inquirere, si ali; podi tali hospiti præbere vellet obsequium. At ille, iam, inquit, promptissime tuis superem altare devotus obsequiis, si non exigentibus cupis hujus compede languoris retinerer. Diu nanque est quod molestia genu tormentis oppressus, nulla cuiuslibet medicorum industria possit sanari. Qui desiliens equo, ac genu languidum diligentius consideras: Coque, inquit, triticeam in lacte farinam, & hac confectione calida tumorem superunge, & sanaberis. Et his dictis, ascendas equum, abiit. Ille jussis obtemperans, post dictis paucos sanatus est, agnosciturq; angelum fusile, qui haec libi monita dedisset, mitente illo qui quondam Raphaelem Archangelum ad sanandos Tobis viuis delineare dignatus est. Quod si cui videtur incredibile, angelum in equo apparuisse legit historiam Machabiorum, in qua angeli in equis, & ad Iude Machabæi, & ad ipsius templi defensionem advenire memorantur.

### CAPUT III.

*Quomodo ventis oratione mutatis rates Oceanum delapsus revocari ad litus.*

**A**B hoc autem tempore devotus Dominu puer sicut ipse postea familiaribus suis attestari solet, saper in angustiis se valancibus orans Dominum, angelica meritis opulatione defendi: nec non etiam pro aliis in periculo constitutis, quia benigna pietate supplicabat, exaudiatur ab illo, qui clamauit pauperem exaudire, & ex omnibus tribulationibus ejus consuevit eripere. Est denique monasterium non lege, ab hostio fluminis Tini ad medietatem suam, tunc quidem virorum nunc autem mortuorum, at solet, per tempora rerum flatu, virginum Christi servientium nobili examine pollens: qui videlicet famuli Christi cum ligna monasterii usibus apta per memorati alevium fluminis de longe ratibus veheret, jamq; è regione ejusdem monasterii vehendo advenirent, ac rates ad terram educere conarentur: ecce ventus subito ab occasu intempellitus affligerat abripuit rates, atq; ad osium fluminis trahere coepit. Quod videtis est monasterio frates, exillis in fluvio naviculis, eos qui in ratibus laborabant adjuvare nitebantur: sed vi fluminis ac venore violentia superari, nequam velabant: unde facta desperatione humani adjutorii, configurant ad divinum. Egressi namque de monasterio, & labentibus in oceanum ratibus, collecti in proxima abice flecentib; genua, supplicantis dominum pro his, quos in tantum mortis discrimen jam jamq; irruere cernebant. Sed provisione divina, quamvis diu prestantem vota sunt dilata, ut videlicet quanta esset in Cuthberto virtus precandi, patuereret. Stabat enim in

altera annis ripa vulgaris turba non modica, in qua stabant & ipse: quia cum aspectancibus cum tristitia monachis raptas porrò per mare cerneret rates, adē ut quasi quinq; aves parvulae (quinq; enim erant rates) undis insidentes apparetent, cœpit irridere vitam conversationis eorum, quasi meritò talia paterentur, qui communia mortalia jura sparentes, nova & ignota darent statua vivendi Prohibuit probra deridentium Cuthbertus, Quid agitis inquiens, fratres, maledicentes his quis in lethum jam trahi videt? Nonne melius est & humanius. Dominum pro eorum deprecari salute, quam de illorum gaudere periculis? At illi rustic & anitio & ore stomachantes adversus eum, Nullus, inquietus, hominum pro eis roget, nullius eorum misereatur Deus, qui & veteres culturas hominibus tulere, & novas qualiter obsecrare debant, nemo novit. Quo accepto responso, ipse oratus Dominum genu flexit, caput in terram declinavit, statimque retorta vis ventorum rates cū hi qui ducebant gaudentibus integras ad terram ejecit, & iuxta ipsum monasterium in loco opportuno depositit. Videntes autem rustic erubuerunt de sua infidelitate: fidem verò venerabilis Cuthberti ex una laude digna prædicabant, & deinceps prædicare nullatenus celabant, adeo ut frater quidam nostri monasterii probatissimus, cuius ipse hac relatione didici, se se hæc ab uno ipso ruris simplicitatis viro, & similiandi profrus ignaro, coram multis fratribus assidentibus audisse narraverit.

## CAPUT IV.

*Quomodo cum pastoribus positus, animam sancti Aidani Lindisfarnensis Episcopi ad columferri ab Angelis aspicerit.*

**A**t ubi gubernatrix vita fidelium gratia Christi voluit famulum suum arctioris propulsi subire virtutem, altioris premii gloriam promereri, contigit eum remoris nonnullis commissoribus sibi pecorum ager cultiudam: qui dum nocte quadam dormientibus sociis ipse iuxta morem pervaigil in oratione duraret, vidi subito fulmen de celo sumen, medias longe noctis interrupisse tenebras, in qua coelestium choros agminum terras pestile, nec mora rapta secum anima claritatis eximia supernam redisse ad patriam. Compunctus est multū hoc visu Deo dilectus adolescentis ad subeundum gratia spiritualis exerciti, ac promerenda inter magnificos viros vita felicitatiisque perennis, confessimque Dei laudes gratarumq; referens actiones, sed & iocos ad laudandum Dominum fraterna exhortatione provocans: Heu miseri, inquit, qui somno & inertia dedit, non metemur semper vigilantium ministeriorum Christi cernere lucem. Eni ipse cū modico noctis tempore pervaigil orarem, tanta Dei magnalia conspexit: aperta est janua celo, & induxit illic angelico comitatu spiritus cuiusdam sancti, qui nunc nobis in infima caligine versantibus superna mansio gloria, ac regē illius Christi perpetuo beatu inuenitur; & quidem hunc vel Episcopum quemlibet sanctum, vel exiunium de fidei numero virum suis exultimo, quem tantu splendore lucis, tunc ducentum choros angelorum celos allatum vidi. Hec dicent vir Domini Cuthbertus, non parum cor da pastorum ad reverentiam divinæ laudationis accedit, agnouitque mane factō antistitem Lindisfarnensis Ecclesie Aidanum magna utiq; virtutis virum, per id temporis quo videbat raptum de corpore coelestia regna petisse, ac statim commendans suis pecora quæ pascebat dominis, monasterium petere decrevit.

## CAPUT V

*Quomodo iter faciens cibos Domino procurante percepit.*

**C**VMQ; novum vitæ continentioris ingressum sedulo jam corde meditaretur, affut grata superna, quæ animum ejus arctius in proprio firmaret, ac manifellis edoceret indiciis: quia quærentibus regnum Dei & justitiam

ejus, ea quæ ad victimum corporis pertinent, beneficio divinae provisionis adjiciuntur, quadam nanq; die dum iter solus ageret, divertit hora tercia in villam, quam eminus positam forte reperit, intravitq; domum cuiusdam religiosis & matris familiis, paululum ibidem quiescere desiderans, & jumento potius cui insedebat, quam sibi alimentum poscere curans, erat enim tempus incipientis brumæ. Suscepit ergo eum mulier benignè, rogavtq; sollicitè, ut prandium parare, atq; illum refice, & licet. Negavit vir Dominus, non possum, inquietus, adhuc manducare, quia dies jejunius est. Erat namq; sexta sabbati, qua pleriq; fidelium ob reverentiam Dominicæ passionis uig; ad nonam horam solent proteolare jejuniū. Perlitit in rogando mulier hospitialis studio devota. Ecce inquietus, itinere quo vadis, nullum viculum, nulla hominum habitacula reperes, & quidem longum restat iter, neq; ante solis occubitu vallet consummari: unde precor antequam egrediaris, accipias cibos, ne tota die jejuniū sustinere vel etiā procrastinare cogaris. At ille, quamvis multum rogante frumenta, rogantis instantiam religionis amore devincens, jejonus viam repetit, jejonus die m duxit ad vesperam: cumque instante jam vespera censes te iter, quod profosuerat, eodem die non posse finire, neque illa in proximo hominem hospitium ubi manere posset, adesse: ecce subiit iter faciens vidit iuxta pastorum ruguria, quæ astare infirmiter pollicia tū jam deserta patebant. Huc propter manendum ingrediens, equum in quo venerat, alligavit ad patrem, collectumq; sceni fasciculum, quem testo ventus abfluerat, edendum illi apposuit, ipse orando horā ducere coepit. At subiit inter placentum vidit equum elato sursum capite testa case carpente ore, vi suumq; trahente atque inter cadentia fonte testi involutum pariter decidere linatum; vi, lensq; dignoscere certius quid esset, finita oratione accessit, & inventus in involutum lincto dimidiū panis calidi & carnem, quæ ad unam sibi refecitionem sufficere possent: laudemq; decantans beneficis cœlestibus. Deo inquit, gratias, qui & mihi pro ejus amore jejunanti, & meo comiti & conam providere dignatus es. Divisi ergo fragmenta panis quod inventi, partemq; ejus dimidiū equo dedit, reliquum suo esu reservavit, atque ex illo jam die promptior factus est ad jejunandum: qui nimis intellexit ejus donec libi refecitionem procuratam in solitudine, qui quondam Hellam solitarium, quia nullus hominum aderat qui ministret, ejusmodi cibo per volucres non pauci tempore pavit, cuius oculi super timentes eum, sperantes autem in misericordia ejus, ut etiā a morte animas eorum, & alac eos in fame. Hac mihi reliquias nostri monasterii, quod est ad ostium wii fluminis, presbyteri nomine Ingvaid, qui nunc longa gratia senectus magis corde mundo cœlestia, quam terrena carinalibus contemplatur aspectibus, ab hoc ipso Cuthberto jam tunc Episcopo se audire perhibuit.

## CAPUT VI

*Quale ei testimonium viventi ad monasterium Boisilus, vir sanctus in spiritu perhibuerit.*

**I**ntrae venerabilis Domini servus relicti seculi rebus monasteriali properat subire disciplinam, ut post contemplatione ad appetenda perpetua gaudia beatitudinis incitatus, ad tolerandam pro Domino efrui futimq; tempore epulis invitatus cœlestibus: & quidem Lindisfarnensem Ecclesiæ multos habere tantos viros, quorum doctrina & exemplis instrui posset, noverat, sed fama preventus Boisilius sublimiorum virtutum monachi & sacerdotis, Malitios petere maluit: cœlumque contigit, ut cum illo, perveniens & quo debiliter, ingressurusq; ad orandum Ecclesiam, ipsum pauper equū & hallam, quam tenuerat manus, ministro deciliset (necdum enim habitum deposuerat secularem) Boisilius ipse pra foribus monasterii consenserit, prior ilium videret, prævidensq; in spiritu, quantus conversatione esset futurus quem cernebat, hoc unum dixit aucturibus, Ecce servus Dei imitatus illum, qui venientem ad eum Nathanael invitus, Ecce, inquit vere Ihesus.

lita, in

lita, in quo dolus non est, sicut religiosus ac veteranus Dei famulus & presbyter Sigfridus solet atellari, qui eidem Boisili hac dicens inter alios altabat, tunc in ipso monasterio adolescentis primis adhuc monachicę virę rudimentis institutus, nunc in nostro, id est, Gyrenensi monasterio perfectum in Christo agens virum, & inter agra spiritus extremi suspiria latum vitę alterius sentientis introitum. Nec plura loquens Boisilius, pervenientem mox ad se Cuthbertum benignè suscepit, causamque itineris expONENTEM, quia videlicet monasterium seculo pratiolerit, benignius ibi retinuit, erat enim praepositus ejusdem monasterii. Et post dies paucos adveniente viro beatoe recor dationis Ecclę tunc presbytero & Abbatē monasterii ipsius, postea Lindisfarnensis Ecclesie simul & ejusdem loci Antifite indicavit ei de Cuthberto : & quia boni propositi animum gereret, expulit, obtinuitque apud eum, ut acceptā tonsurā, fratrum jungentur consortio. Et ingressus monasterium, confitit aequalē ceteris fratribus vita regula observantiam tenere, vel etiam actiones disciplinae studiis superpredi curabat, legendi videbatur, operandi, vigilandi, arque orandi solerit: sed & juxta exemplum Samonis fortissimi quandam Nazarei ab omni quod inebriare potest, sedulus abstinebat: non autem tantam escaram volebat subire conuentum, ne necessarius minus idoneus efficeretur opibus. Erat enim robustus corpore, & integer viribus, arque ad quæcunque volebat, aptus exercititia laboris.

## CAPUT VII.

Quomodo Angelum hospitio suscipiens, dum panem querit ministrare terrenum, coelestis ab eo remunerari meruerit.

Cumque post aliquot annos Regi Alchfrido placeret pro redēptione anima sua locum quendam regni sui, qui vocatur Inhypum, ad construendum ibidem monasterium Ecclę ab aliis donare, tollens idem Abbas quodam fratribus secum, in quibus & Cuthbertum, condidit ibi, quod precebat, monasterium, ac que iisdem, quibus anteā Maitros institutis disciplina regularis imbut: ubi famulus Domini Cuthbertus suscipiendo officio praepositus hospitium probandum fuit g. atq; deuotio nis, Angelum Domini suo suscepisse fertur hospitio. Ex iens enim primo mane de interiorib; monasterii ad cubis ad hospitium cellulum, invenit inibi quendam sedentem juvenem, quem hominem & simans, solito mox humanitatis more iuicebat. Nam lavans manus aquam dedit, pedes ipse abiuit, linteo exierit, foventos humiliiter manus suo in finu composuit, arque ut horam diei tertiam cibo recipiendis expectaret, rogavit, ne si jejunus iret, fame periret, & trigore assuetus hyberno. Putabat namque hominem nocturno itinere limul & flatibus defelsum invenit, illi re quietendi gratia diu in cloculo diversificatus. Negavit virile, & se cuō itarum, quia longius esset mansio, ad quam properaret, respondit. At Cuthbertus diu multum que rogans, tandem adjuratione addidit divini nominis, ad manendum coegerit: statimque ut expletis hora terza precibus velendi tempus derat, apposuit mentem, sumendas obtulit etcas, & obsecro te, inquit, frater reficias, dum rediens panem calidum affero, spero enim, quia jam costi sunt. At ubi redit, non inventit hospitium, quem edentem reliquerat. Explorat vestigia quā iret, sed nulla uspiam invenit. Recens autem nix terram texerat, quā facillime vians iter proderet, & quā declinaret, monstraret. Stupefactus ergo vir Dei, & secum querens de facto, reposuit mens in conciliu. Quod ingressus, continuo obviam habuit miri odoris fragrantiam: circumspiciens autem unde esset orta tanta odoris suavitatis, vidiū juxta politos tres panes calidos insoliti candoris & gratia, pavensque talia secum loquitur: Cerno quod Angelus Dei erat quem suscepī, palcare non pasci veniens. En panes atrulit, quale terra gignere nequit. Nam lilia candore, & rosas odore, & mella praeclarent sapore: unde constarat,

quia non de nostra tellure orti, sed de paradiſo voluptatis sunt allati. Nec mirum quod epulas in terris sumere respuerit humanas, qui aeterna vita pane fructu in celis. Itaque vir Domini de ostensa miraculi virtute compunctus, majorem ex eo virtutum operibus curam impendebat: crecens ibus autem virtutibus crevit & grata cœleſtis. Denique sapientis ex eo tempore Angelos videre & allegari, sed & etiū cibis speciali munere a Domino præparatis merui refici. Nam quia affabilis & jucundus erat moribus, plerumque dum ad exemplum vivendi præsentibus Patrum præcedentium gesta referret, etiam quid libi doni spiritualis superne pietas contulerit, humiliter in esferere solebat. Et aliquando quidem palam, a liquido autem velut quasi sub persona alterius id facere curabat. Quod tamen qui audire, quia de seipso dixerit, intelligebant, juxta exemplar magistri Gentium, qui modū sub pretextu alterius personæ loquuntur dicens: Scio hominem in Chirillo ante annos quatuordecim rātum ulque ad tertium cœlum, & cetera illius loci.

## CAPUT VIII.

Quomodo sanato à languore Cuthberto Boisilius moriturus omnia, que ei erant ventura, praedixerat.

Interea quia fragilis est, & more steti volubilis omnis seculi status, instantē subito turbine prætatus Abbas Ecclę cum Cuthberto & ceteris, quos secum adduxerat, fratribus dominum repulsum est, & locus monasterii, quod considerat, aliis ad incolendum monachis darus. Nec memoratus athleta Christi, mutatione loci mutavit mentem ad arte pro feliciter proprie miliū cœlestis; verū diligenter, juxta quod & antea facere consueverat, B. Boisilius patet auctoritatē & actis. Quo tempore fecit Hærefridus familiaris eius presbyter & Abbas quandam monasterii Lindisfarnensis ipsum referre solitum testatur, morbo pestilentia, quo tunc plurimi per Britaniā longè latèque desiciebant, corruptus est. At fratres monasterii illius totam pro ejus vita & salute precantes duxere noctem pavigilem. Omnes enim quasi hominis fauci necessariam libet esse adhuc in carne presentiam rebarunt. Quod dum ipsi manū quidam de illis indicaret (nam nescio eo fecerant) respondens statim: Et quid ja ceo, inquit: neque enim dubitandum est quia hoc taliumque virorum precies Deus non despicerit. Date baculum & caligas. Statimque exurgens cepit tentare incessum, baculo innitens, & crecens & per dies virtute, sanitatem quidem recepit: sed quia tumor, qui in semore apparebat, paulatim in superficie detumescens corporis, ad viscera interiora perlapsus est, toto penē vita sua tempore aliquantulum interaneorum non cessabat sentire dolorē, videlicet ut iuxta Apostolum virtus in infirmitate perficeretur. Quienam cum famulus Domini Boisilius à valetudine sanatur cetererat, ait: Vides fratrem, quia liberatus es à molestia quā laborabas, & dico tibi, quod cā jam ultra tangendum non es, neq; hoc moriturus in tempore: simulque moneo, ut quia me mors vicina præstolatur, dicere a me aliquid, quādū docere valeam, non omittas. Non enim plus quam septem dies sunt, quibus mihi ad docendū sanitatem corporis & linguæ sufficiat virtus. Respondit Cuthbertus, nihil habitus de veritate dictorum illius: Et quid rogo opimum mihi est legere, quod tamen una valēam consummare septimanā? At ille, Joannem, inquit, Evangelistam. Est aut ē mihi codex habens quaterniones septem, quos singulis diebus singulos postulamus Dño aju vante legendo, & quantum opus est, internos conferendo percurtere; factumq; est ut dixerat. Quādū ideo lectionē tam citissimē complere valebant, quia solam in ea fide, quā per dilectionem operatur, simplicitatem, non autem questionū profunda tractabant. Completerā ergo post dies septem lectionē, memorato mōrbo arreptus vir Dñi Boisilius, diem perenit ad ultimū, & hoc magna cum exultatione transiit ad gaudiū perpetuū lucis intravit. Fuerunt

illam his septem diebus omnia Cuthberto, quæ ei futura retabant, exposuisse. Propheticus namque, ut dixi, & mira sanctitatis era homo. Denique prefata acerbitatem pestilentia, triennio priusquam veniret, Eatano Abbatu suo prædictis fuisse futuram, nec se illâ tollendum celavit: ipsum verò Abbatem suum non è moriturum, sed illo potius morbo, quem dysenteriam medici appellant, venido, ut rerum exitus docuit, sermone præmonuit. Sed & Cuthbertus inter alia, quia Episcopus esset ordinarius, inhuavit, unde idem Cuthbertus postmodum in sece anachoreto positus, dicere quidem nulli volebat, quia Episcopum eum prædixerat futurum: sed tamen visitabut se aliquotiens fratibus solebat multo cum dolore protestari, quia etiam si fieri possit, ut incaute permodica domunculam habens delitem, ubi circumferentes me undique fluctus oceani tumescens à cunctorum mortaliū visu pariter & cogitatione secludant, nec sic quidem liberum me ab insidiosis mundi fallentis ultimo, sed ibi quoque, quia qualibet ex causa philyriam me tentans abripere possit, vereor.

## CAPUT IX.

*Quā sedulus erga ministerium verbi Cuthbertus extiterit.*

Post obitum verò dilecti Deo sacerdotis Boisili, memoratum Præpositi officium Cuthbertus suscepit, & per aliquot annos spirituali, ut sanctum decebat, exercens industria; non solum ipsi monasterio regularis vita fronita simili & exemplum præferbat, sed & vulgus circum possum longe latèque à vita stulta consuetudinis ad coœlētium gaudiorum convertere curabat amore. Nam & multi fidem quam habebant, iniquis profanabant operibus, & aliqui etiam tempore mortalitatis neglecto fidei, quo imbuti erant sacramento, ad erratica idolatria medicamina cōcurrebant, quā miseriā à Deo conditore plagam per incantationes, vel alligaturas, vel alia quælibet demoniacæ artis arcana cohibere valerent. Ad uerorum que ergo corrigendum errorem crebrò ipsi de monasterio egredens, aliquotiens equo sedens, sed sapienter pedes incedens circum politas veniebat ad villas: & viam veritatis prædicabat errantibus, quod ipsum etiam Boisilus suo tempore facere consueverat. Erat quippe moris eo tempore populis Anglorum, ut veniente in villam clericu vel presbytero cuncti ad eum imperium verbum audituri confluente, libenter ea quæ dicerentur, audirent, libeniisque quæ audire vel intelligere posserant, operando sequebantur. Porro Cuthberto tanta erat docendi peritia, tantus amor pietatis quæ cooperat, tale vultus angelici lumen, ut nullus præsentium latebras ei sui cordis celare præsumeret, omnes palam quæ gesferant, confitendo proferrent, quia nimis hoc eadem illum latere nullo modo poterant, & confessi digni, ut imperabat, pœnitentia fructibus abstigerent. Solebat autem ea maximè loca peragrare, illis prædicare in viculis, qui in arduis asperisque montibus procul positi alii horror erant ad visendū, & paupertate pariter ac sollicitate suâ doctorem prohibebant accessum, quos tamen ille pio libenter mancipatus labori, tantâ doctrina excolebat industria, ut de monasterio egrediens, sapè hebdomadâ integrâ, aliquando duabus vel tribus, nonnunquam etiam mensi pleno domum non rediret, sed demoratus in montanis plebem rusticam verbo prædicationis simili & exemplo virtutis ad coelestia vocaret.

## CAPUT X.

*Quomodo animalia mari, in quo pernox oraverat, illi egrefo produerint os equum: & frater qui hac videbat, præ timore languescens, ejus sit oratione recreatus.*

Cum verò sanctus vir in eodem monasterio virtutibus signique succresceret, famaque operum eius cir-

cumqua crebresceret, erat sanctimonialis forma & mater ancillarum Christi nomine Ebbe, regens monasterium, quod est in loco quem Coludi urbem nuncupant, religione pariter & nobilitate cunctis honorabilis; namque erat soror uterina Regis Oflwini. Hec ad vium Dei noctis, rogavit ut se suumque monasterium gratia exhortationis inviceret & dignaretur: nec negare potuit, quod ab eo caritas ex ancilla Dei aude populet. Venit igitur ad locum, diesque aliquot ibi permanens, viam iustitiae, quam precabatur omnibus, actu pariter & sermone pandebat: qui cùm more sibi solite quiescentibus noctu cœteris adorationem solus exiret, & post longas intempestas noctis vigilias tandem iultante horâ communis lynxes eos domum rediret: quādā nocte unus è fratribus ejusdem monasterii cùm egredientem illum silentio cerneret, clanculò fecutus ejus vestigia, quod ire, quidve agere vellet, dignoscere quereret. At ille egredens monasterio sequente exploratore descendit ad mare, cuius ripa monasterium idem superpositum erat: ingressusque altitudine maris, donec ad colum unque & brachia unda rumentis affligeretur, per vigiles unditionis in laudibus tenebras noctis exigit: appropinquare autem diluculo, ascendens in terram, deuòcepit in hore flexis genibus orare. Quod dum ageret, venire continuo duo de profundo mari quadruplicata, quia vulgo lutra vocantur. Hac ante illum strata in arena, anhestitu suo pedes ejusfoveo cooperunt, ac viilo sagabunt exergere: completoque ministerio, percepta ab eo benedictione patrias sum relata sub undas. Ipsi quoque mox domum reveritus, canonicos cum fratribus hymnos horâ competente complevit. At frater, qui eum de speculis prætolabatur, percusus pavore ingenti vix præ angustia premente, dominum durante gressu perire: primo que mane accedens ad eum, feso in terram stravit, veniam de reatu ituli & suscum lacrymam flagitavit, nil dubitans illum noscere quid ipse non sibi egreditur, quidve patetur. Cui ille: Q. id, inquit, habes frater? quid fecisti? Num nocturnum iter nocturnum lustro explore tentasti? Sed ea solita condicione, tibi hoc indugeo communissim, si promiseris te, quæ vidisti, nulli ante meum obitum esse dicturum: in quo ministrum præcepto ejus cœcus est exemplum, qui discipulis in monte gloriam sua majestatis ostendens, ait: Nominis dixit risus visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat. Promitterem ergo quæ juuerat, fratrem benedixit, pariterque culpam & molestiam, quam temerarius incurrit, absolverit: qui virtutem quam viderat, ipso vivente silentio tegens, post obitum eius plurimis indicare curabat.

## CAPUT XI.

*Quomodo nauis tempestate præclusis serenum mare ad certum prædixerit, & orando cibos immetraverit.*

Cœpit interea vir Dei etiam prophetia spiritu polle, ventura prædicere, præsentibus absencia nuntiare. Quodam etenim tempore peregrinus de suo monasterio pro necessitate causa accidentis, ad terram Pictorum, qui Niduari vocantur, naviganda pervenit, comitantibus eum duobus è fratribus, quorum unus postea presbyterii sanctus officio, virtutem miraculi, quam ibidem vir Domini monstravit, multorum notitiae patetfecit. Venerunt autem illi post natalis dominici diem, sperantes se, quia undarum simili & aurarum arridebat temperies, circius esse redditus, idèque nec cibaria secum tulere, tanquam ocyus reversi: sed longè aliter quam putabant, evenit. Nam mox ut terram terigere, tempestas sera suborta est, quæ iter eis omne remeandi præcluderet: cùmque per dies aliquot ibidem inter famis & frigoris pericula latarent, quo tamen tempore vir Dei non marcida luxu otia gerere, nec somnis vacare volebat inertibus; sed pernox in oratione perfata fatigebat: aderat sacratissima dominica apparitionis die. Tum ille socios blando, ut jucundus aquæ affabilis erat, sermone alloquitor: Quid rogo

tanta

cantā ignavia torpemus, & non quacunque iter salutis inquirimus? En tellus nivibus, nebulis cœlum horrescit, aëri flatibus, adversis fuit fluctibus & quorū inopia deficitus, nec adest homo qui reficiat: pulsus ergo Dominum precibus, qui suo quondam populo maris rubriam aperuit, eumque in deferto mirabiliter pavit, orantes ut nostrī quoque misereatur in periculis: credo si non nostra fides titubat, nos vult nos hodiernā die jejunos permanere, quam ipse per tot ac tanta sua miracula majestatis illustrare curavit: precorque eamus alicubi, querentes quid nobis epularum in gaudium sua festivitatis praestare dignetur. Hæc dicens, eduxit eos sub ripam, quo ipse no[n] p[ro]p[ter]e vigili orare conveverat. Ubi advenientes invenierunt tria fructa delphininæ carnis, quæ humano ministerio fæsta & preparata ad cocturam, flexisque genibus gratias eggerunt Domino. Dixit autem Cuthbertus: Videtis dilectissimi, quæ sit gratia confidendi & sperandi in Domino: ecce & cibaria famulis suis præparavit, & tenario quoque numero quot diebus hic relendum sit, nobis ostendit. Sumite ergo munera que misit nobis Christus, & abeuntis reficiamus nos, maneamusque intrepidi, certissima enim nobis post triduum serenitas cœli & mari adveniet. Factum est ut dixerat, manente triduo tempestate per validam: quæto demum die tranquillitas promissa secuta esset, quæ illos secundis flatibus in patiam referret.

## CAPUT XII.

Quomodo iter faciens aquila ministra viaticum & perciprum se esse predixerit, & perceperit.

**Q**UADAM quoque die, cum prædicatus juxta consuetudinem suum populus, de monasterio exire uno comite pueri, jamque diu gradiendo fatigatis non parum adhuc restabat itineris, quousque ad vicum, quod tendebant, pervenirent, ait ad puerum tenens eum: Dic agere sodalis, ubi hodie refici disponsas, at habebas aliquem in via, ad quem divertere valeas hospitem? At ille respondens: Et hæc ipsa, inquit, mecum tacito in corde tradivit: quia nec viaticum ituti tulimus nobissem, neque aliquem in itinere notum habemus, qui nos suo recipere velit hospitio, & non patum adhuc itineris superest, quod jejunii sine molestia completere nequimus. Cui vir Domini: Disce, inquit, filiole fidem semper & spem habere in Domino, quia nunquam fame perit, qui Deo fideliter servit. Et sursum asperans, vidensque aquilam in alto volantem: Cernis, inquit, aquilam illam porrò volantem? etiam per hujus ministerium possibile est Domino nos hodie reficerre. Talia confabulantes, agebant iter juxta fluvium quendam, & ecce subito vident aquilam in ripa residem, dixitque vir Dei: Vides ubi nostra, quam prædixi, ministra reficit? Curre rogo, & quid nobis epularum Domino mitteente atulerit, inspice, & ciuius affer. Qui accurrens attulit pescem non modicum, quem illa nuper de fluvio prehenderat. At vir Dei: Quid, inquit, fecisti fili? quare ministra suam partem non dedisti? Seca ciuius medium, & illi partem, quam nobis ministrando mereret, remitte. Fecit tu puer, sumptuque secum parte reliqua, ubi tempus reficiendi aderat, diverterunt ad proximum vicum: & dato ad asilandum p[ro]f[ectu]s, se pariter & eos, ad quos intrabant, gratissimo refecere convivio, prædicante Cuthberto verbo Dei, atque ejus beneficia collaudante: & quia beatus vir, cuius est nomen Domini spes ejus, & non respexit in vanitates & in infanias falsas. Ac sic resumpto itinere, ad docendum eos quos proposuere, profecti sunt,

## CAPUT XIII.

Quomodo prædicans populus phantasticum subito ignem dabant, & prævidenter venturum, & venientem extinxerit.

**E**ODEM tempore dum congregatis in quadam villula, perplurimis verbū vita prædicaret, prævidit subito

in spiritu antiquum hostem ad retardandum opus salutis adisse: moxque ejus infidias quas futuras intellexit, docendo præoccupare curavit. Namque inter ea quæ disputaverat, repente hujusmodi monita inferuit: Oportet charissimi, ut quortiens vobis mylleria regni cœlestis predicatorum, intento hæc corde & sensu semper vigilantissimo audiatis, ne forte diabolus, qui mille nocendi habet artes, supervacuis vos curis ab æterna salutis auditione prepediat. Et hæc dicens, denuo sermonis, quem intermisserat, ordinem repetit: Statimque hollis ille nequissimum phantasticum deferens ignem, domum juxta politanam incendit, ita ut viderentur faces ignis totam volitam. & per villam, ac juvante vento fragor æera concutere. Tum exiliens quib[us] ad extingendum ignem turba penè tota, quæ docebat (nam paucos ipse manu missa retinuit) certarim aquas jactabat: nec tamen unda vera falsas portuit extinguere flammas, donec orante viro Dei Cuthberto fugitus author Fallaciariam facta secum incendia vacuas reportaret in auras. Quod videns turba multum salubriter erubuit, rursusque ad virum Dei ingressa, flexis genibus inabilitis animi veniam precabatur, confitens se intellectisse, quia diabolus ab impedienda salute humana ne ad horam vacaret. At ipse confirmans inconstantiam fragium, rursusque quæ esperat vita monita, exequitur.

## CAPUT XIV.

Quomodo flaminas domus cujusdam vero igne ardentes orando extinxerit.

**N**ec tantum ignem phantasticum, sed etiam verum, quem multi frigidis fontium undis minimè valebant extinguere, ipse solis ferventibus lachrymarum tivulis compressit: siquidem dum more Apostolorum gratia luniferæ instructionis universa pertinat, devenit die quadam in domum cujusdam devotæ Deo feminæ, quam crebrevis invitere curabat, quia & bonis operibus intentam noverat, & ipsa eum primis pueritiae nutritabat ab annis, unde & mater ab eo cognominari solet. Habebat autem domum in occidentali parte viculi: quam cum vir Domini Cuthbertus verbum seminaritur intraret, repente in orientali plaga ejusdem vici per culpam incuria domus incensa, vehementer cepit ardore. Nam & ventus ab eodem climate assurgens non modicus, abripiens ignitos fons reicti fasciculos, & totam latè jactabat per villam: jastantes aquam qui aderant, fortior flamma repulit, longiisque fugavimus. Tum præfata Dei famula curriri concita ad domum, in qua virtutem Dei receperat, obsecrans ut orando succurreret, priusquam domus ipsius & tota simu villa periret. At ille: Ne timeas, inquit, mater, animæ tuorum esto, non enim tibi tuisve hæc quamlibet ferox flamma noebit: statimque egressus, ante oltum sternitur in terram. Quo adhuc orante mutatur flatus ventorum, spiransque ab occasu totum tanti incendiū periculum ab invasione villula, quam vic Domini intraverat, reject. Sicque in duobus miraculis, duorum patrum est virtutes imitatus, in phantasticis quidem prævis & evaneari incendis virtutem reverendissimi & sanctissimi Patris Benedicti, qui simulacrum ab antiquo hoste quasi ardentes coquinæ incendium ab oculis discipulorum orando pepulit: in veris vero & quæ vicitis ac retrorsis ignis globis virtutem viri venerabilis Marcellini Anchonitani Antistitis, qui ardente eadem civitate ipse contra ignem positus, orando flamas compescuit, quas tanta elytrum manus aquam proiecendo nequiverat. Nec mirandum perfertos & fideliter Deo servientes viros tantam contraria vim flamarum accipere potestatem, qui quotidiana virtutum industria & incentiva sua carnis edomare, & omnia tela nequissimi ignea nocturne extinguere. Quibus apissimum congruit illud propheticum: Cùm transierit per ignem, non combureris, & flamma non ardebit in te. At ego & mei similes propria fragilitatis & inertie consci, certi quidem sumus, quia contra ignem materialem nil tale audemus: incerti autem,

an ignem illum inextinguibilem futuræ castigationis immunes evadere queamus. Sed potens est & larga pietas Salvatoris noltri, qua indignis nobis & nunc ad extingueda virtuum incendia, & ad evadendas in futuro pernicium flammam gratiam lux protectionis impendat.

## CAPUT XV.

*Qualiter demonum ab uxore profecti, necedum adveniens ejecerit.*

**V**erum quia paulò superius, quantum idem venerabilis Cuthbertus adversum similitudines diaboli fraudes valuerint exposuimus: nonc etiam quid adversus verum apertumque ejus furorem valeat, explicemus. Erat praefectus Egfridi regis Hildimer nomine, vir religiosus cum omni domo suo deditus operibus: ideoque à B. Cuthberto specialiter dilectus, & cum itineris propinquitas congrueret, crebro ab eo visitatus. Cuius uxor cùm siccis molynis & ceteris virtutum fructibus esset intenta, subito corupta à dampno acerissime cepit vexari, ita ut stridente dentibus, voces miterabiles emitentes, brachia vel cetera sui corporis membra in diversa raptando, non minimum cunctis intuentibus vel audiuntibus incuteret horrorem. Cumque jaceret explosa, & jamjamque videretur esse mortua, ascendit vir ejus equum, & concitus venit ad hominem Dei, precatusque est cum dicens: Obscoena, quia uxor mea male habet, & videtur jam proxima morti, ut mittas presby erum, qui illam priusquam moriatur, visiter, eique dominici corporis & sanguinis sacramenta ministret: sed & corpus illius h̄c in locis sanctis sepeliri permittar. Erubescet enim eam confiteri infanam, quia vir Domini sobriam semper videre conseruerat: qui cùm parumper ab eo diverteret vires, quem mitteret & presbyterum cum illo, cognovit repente in spiritu, quia non communis infirmitate, sed dæmonis infestatione premeretur conjux pro qua supplicabat. Reversusque ad eum: Non, inquit, alium mittere, sed ipse ad visitandam eam tecum pergere debo. Cumq; agerent iter, coepit fleri homo, & dolorem cordis profundentibus in maxillam prodere lacrymis. Timebat enim, ne cùm eam dæmonio infestaret, arbitrii inciperet, quia non integrā a Domino, sed fidē à fide servisset: quem vir Domini blandè consolatus: Noli, inquit, plorare, quia inventurus sim conjugem tuā, qualem non velim. Scio enim ipse, quanvis te dicere possem, quia dæmon vexatur: scio etiam, quia priusquam illo pervenerimus, fugato dæmonio liberabitur, & nobis aduentibus cum gaudio occurrens, has ipsas haberas sanitatem mente excipit, nosq; intrare circuitus obsecrans, misericordium quod conseruerat, nobis sedula impendet. Neque enim tali tormento soli subiiciuntur mali, sed occulto Dei iudicio aliquoties etiam innocentes in hoc seculo noui tantum corpore, sed & mente captivantur dia bolo: dumque hac & hujusmodi verba in consolationem & eruditioem illius perorante Cuthberto appropinquarent domum, fugit repente spiritus nequam adventum Spiritus sancti, quo plenus erat vir Dei, ferte non valens. Cujus soluta vinculis mulier quib; gravi expergefacta de somno surrexit continuo, ac viro Dei gratulabunda occurrens, jumentum quo fedebat, per frenum tenuit. Moxque ad integrum recepto vigore mentis & corporis, eum citio descendere, atque ad benedicendam domum suam precebat: ur ingredi, devotumque illi ministerium præbene, restabatur palam, quonodo ad primum freni ejus tactum omni se molestia præsta vexationis absolutam sensuere.

## CAPUT XVI.

*Qualiter in Lindisfarne monasterio rixerit, vel docuerit.*

**C**UM ergo venerabilis Domini famulus multos in Mailroensi monasterio degens annos, multis uelutum spiritualium clariceret signis, transluit eum rever-

rendissimus Abbas ipsius Eata in monasterium, quod in Lindisfarneum insula situm est, ut ibi quoque regulam monachicę perfectioris & prepositi auctoritate doceret, & exemplo virtutis ostenderet. Nam & ipsum locū tunc idem reverendissimus Pater Abbat̄ jure regebat: neque aliquis miretur, quod in eadem insula Lindisfarne cùm permodica sit, & lupus Episcopi, & nunc Abbaris & monachorum esse locum dixerimus, revera enim ita est: namque una eadem servorum Dei habitatio utroq; simili tener, imò omnes monachos tener. Aidanus quippe, qui primum ejusdem loci Episcopus fuit, monachus fuit, & monachicam cum suis omnibus vitam semper agere solebat: unde ab illo omnes loci ipsum Antifitius usque hodie sic Episcopale exercenter officium, ut regente monasterium Abbat̄, quem ipsum consilio fratrum elegerint, omnes presbyteri, diaconi, cantores, lectores, cœtociq; gradus ecclæsticæ monachicam per omnia cum ipso Episcopo regularum servent. Quam vivendi normam multum se diligere probavit beatus Papa Gregorius, cùm sciscitanti per literas Augustino, quem primum genti Anglorum Episcopum miserat, qualiter Episcopū cum suis clericis converfari debeant, tēpondit inter alia: Sed quia tua fraternitas monasterii regulis erudita seorsum fieri non debet a clericis suis in Ecclesia Anglorum, quia Deo authorenuper adhuc ad fidem perducta est, hanc debet conversatione instituere, quia in initio nascentis Ecclesia fuit patribus nostris, in quibus nullus eorum ex his quæ possidebant, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis oratione communia. Igitur ad Lindisfarneum Ecclesiam sive monasterium vir Dñi adveniens, mox instituta monachica fratibus vivendo pariter & docendo tradebat: sed & circumquaç; morantem viagi multitudinem, more suo crebro visitatione ad cœlestia quærenda ac promerenda succedebat. Necnon etiam dignis clarior effectus, plurimos variis languoribus & tormentis comprehensos orationem instanciati priece satiati resiliunt: nonnullos ab immundorum spirituum vexatione non solum praefens orando, vel certe eorum sanationem prædicando curavit, in quibus erat & illa praefecti uxor, de qua suprà retulimus. Erant autem quidam in monasterio fratres, qui priece sue consuetudini, quam regulari malent, obtemperate custodiunt: quos tamen illi modestia patientia sua virtute supererat, & quotidiano exercito paulatim ad melioris propofiti statum convertebat. Denique & ipsi in cœtu tratur de regula disputans, cùm acerbris contadigentium fatigaretur injuris, exurgebat repente, & placido vulvo atq; animo egredens dimicabat continentum: ac consequente nibilominus die, quasi nil objectionis pridie fulminaverit, eadem quæ prius monachus eisdem dabat auditoribus, donec illos paulatim, ut diximus, ad ea quæ vellet, converteret. Erat namq; vir patientia virtute præcipuus, atque ad perferrenda fortiter oratione quæ vel animo vel corpori adverfa ingeneratur, iuvatq; si fuisse: nec minus intertritius quæ contigissent, facie prætendens hilarem, ita ut palam daretur intelligi, quia interna spiritus sancti consolatione pressuræ contemneret extinsecas. Sed & vigiliarum atque orationis ita studiosus existebat, ut aliquotiens tres sive quatuor noctes continuas per vigil transfigisse credebat, cùm per tantum temporis nec ad lectum proprium, nec extra dormitorium fratrum locum aliqui, in quo paucate posset, haberet. Sive enim locis secretioribus solus orationi vacabat, sive inter psallendum operabatur manibus, corporeq; dormiendo laborando propellebat, seu certè circumbat insulam, quomodo se singula quaque haberent plus explorator inquiens, pariter & longitudinem ubi psalmodie ac vigilias incedendo allevians. Denique arguere solebat publicanum atē fratrum, qui graviter ferrent si qui se nocturna vel meridianā quiete tempore importuna forte inquietudine suscitarent: Nemo, inquietus, mihi molestiam facit me excitando de somno, sed porci latrūca me qui excitat. Facit enim me, di casso torpore somni utilitatis aliquid agere vel cogitare. Tantum autem compunctioni erat deictus, cantu in cœlestibus: debat desideris, ut Missarū solemnia celebrās nequaquam sine profusione lacrymarū im-

plerē

plerè posset officium. Sed congruo satis ordine dum passionis dominicæ mysteria celebraret, imitaretur ipse quod ageret, scilicet videlicet Deo in cordis contritione mandando, sed & astantes populos sursum corda habere, & gratias agere Domino Deo nostro, magis ipse cor quam vocem exaltando, potius gemendo quam canendo admoneret. Erat zelo iustitia feruenda ad arguendum peccantes, erat spiritu mansuetudinis modestus ad significandum penitentibus, ut nonnunquam confitentibus sibi peccata sua his qui deliquerant, prior ipse miserans infirmos lachrymas funderet, & quid peccatori agendum esset, ipse iustus suo præmonstraret exemplo. Vestimentis utebatur communibus: ita temperanter agens, ut horum neque mundis, neque foribus esset notabilis; unde usque hodie in eodem monasterio exemplo ejus observatur, ne quis varijs aut pretiosi coloris habeat indumentum: sed ea maximè vestrum specie sunt contenti, quam naturalis ovium lana ministrat. His & hujusmodi spiritualibus exercitus vir venerabilis, & bonorum quorundam ad se imitandum provocabat affectum, & improbos quoque ac rebellis vitæ regulari à pernicacia lui revocabat erroris.

## CAPUT XVII.

*Qualiter sibi in insula Farne pulsis demonibus habitationem fecerit.*

**A**T postquam in eodem monasterio multa annorum curricula explevit, tandem diu concupira, quælibet ac petra solitudinis fecerat, comitante præfati Abbatis sui filii & fratribus gratia multum letabantur adiit. Gaudiebat namq[ue] quia de longa perfectione conversationis adiuvia, ad orum divinæ speculacionis jam merueretur ascendere. Letabatur ad eorum fortem se pertingere, de quibus canitur in Psalmo: Ambulabunt de virtute in virtute, vi debuit Deus deorum in Syon. Et quidem in primis vita solitaria rudimenis fecerit ad locum quendam, qui in exterioribus ejus celè partibus fecerat appareret. At cum ibidec aliquandiu solitarius cum holte invisiib[us] orando ac ieiunando certaret, tandem majora presumens longinquorem ac remotiorum ab hominibus locum certaminis petierit. Farni dicitur insula medio in mari posita, quæ non sicut Lindisarenum in colarum regio, bis quod id est accendeat ætu Oceani, quem resuam vocant Graci, sit insula, bis renudatus abeunte reunita littoribus contigua terra redditur; sed aliquot milibus passuum ab hac insula insula ad Eritum tereta, & hinc altissimo, & inde infinito claudit Oceano. Nullus hanc faciliter ante famulum Domini Cuthbertum solus valebat inhabitate colonus, proper videlicet demonantium ibi phantasias dæmonum: verum intrante eam milite Christi armato galæ salutis, fecerit dei, & gladio spiritus, quod est verum Dei, omnia tela nequissimæ ignea extinxerat, & ipse nequissimum cum omni fateatum suorum turba porto fugatus est hostis: quia videlicet miles Christi, ut devicta & tyrannorum acie, monachata terra quam adierat, factus est: condidit civitatem suo aptum imperio, & domos in hac æquæ civitati congrua exerit. Et autem adiuvium situ penè rotundum, à muro tunc ad murum mensura quatuor fermè vel quinq[ue] perticatum dilentum, murus ipse de foris altior longitudine stantis hominis. Nam intrinsecus vivam cedendo rupem multò illum fecit altiore, quatenus ad cohibendā oculorum sive cogitationum latriviā, ad exigendam in supera desideria totam mentis intentionem, plus incolam de sua mansione pater cœlum posset intueri: quem videlicet murum non de seculo lapide, vel latere & clemente, sed impolis profrus lapidibus & cespite, quem de medio loci fodiendo tulerat, compulit. Et quibus quidam tantæ erant granditatis, ut vix à quatuor viris viderentur portasse levare: quos tamen ipse angelicus adjutus auxilio illic attulisse aiundet, & muro impossibile repertus est. Duas in mansione habebat domos, oratorium scilicet, & aliud ad communis usus aptum habitaculum: quorum parietes quidem de naturali terra multum intus forisque circum-

fodiendo sive cedendo confecit, cultuina vero de lignis informibus & sceno superposuit. Porro ad portam insulæ major erat domus, in qua visitantes eum fratres suscipi & quiescere possent, nec longè ab ea fons eorundem uitibus accommodus.

## CAPUT XVIII.

*Quomodo precibus aquam de arida produxit, vel qualiter ipse in anachoreta vixerit.*

**A**T vero ipius ejus manbo aquæ erat indigæ, ut portæ in durissima & propè taxea rupe conditæ: accisis ergo vir Domini fratibus, ne cum enim se ab advenientium secluderet at aspectibus: Cenit[us] inquit, quia fontis mops sit manbo quam adiit: sed rogenus ob seco illum, qui convertit solidam petram in flagnum aquæ, & rupe in fontes aquarum, non nobis, sed domini tuo dans gloriam, de hac quoq[ue] rupe saxosa nobis venam fontis aperire dignetur: fodiamus in medio rugiunculi mei, credo torrente voluptate is sive potabit nos. Fecerunt ergo foveam, quam in cratim eminente ab intermis unda repletam invenerunt: unde dubium non erat hanc orationibus viri Dei de aridissima præsita terra elicitarat fusile aquam, qua videlicet aqua mirum in modum primis concentra ripis, nec foras ebulliendo pavimentum invadere, nec hauriendo novit deficere, ita moderata gratia largitoris, ut nec necessitati accipiens superfluere, nec sufficiendæ necessitatibus copia decideret. Facta ergo iunctancibus se fratribus mansione ac domibus præfatis, incipit habitare solus vir Domini Cuthbertus, & primò quidem venientibus ad fe fratribus de sua cella egredi, eisque ministriole solebat: quorum dum pedes aquâ calidâ devotus lavaret, coactus est aliquatiens ab eis etiam se discalceare, tuolq[ue] pedes illis ad ablendum præbere. Namque in tantum à cultu sui corporis animum sustulerat, atq[ue] ad animæ solius cultum conculcerat, ut semel calciatuſ tibialis, quas peliceas habegre solebat, sic mensis perduraret integros. Aliquando etiam calciatuſ in pascha, non nisi post annum redeunte pascha tempore propter lavationem pedum, quæ in cena Domini fieri solet, se discalciasset dicitur: unde ob crebras preces invocaturus genuum, quas calciatuſ exercet, callum oblongum, nec exilem in confinio pedum & tibiarum habuisse reprehensus est. Deinde incremente studio perfectionis includitur in suo monasterio, atque ab hominum remouto aspectibus, fountanam in ieiunis, orationibus & vigiliis discit a gera vitam, rarum cum aduentibus deinceps, habens colloquium, & hoc per sensu[m]: quia primi aperta & videri a fratribus, & fratres quos alloquebatur, ipse videre gaudebat: exinde procedente tempore & ipsam occluisit, nec nisi dandæ benedictionis, vel alterius cuiuslibet certæ necessitatis gratia referabat.

## CAPUT XIX.

*Qualiter à messe, quam suâ manu seruerat, verbo volucres abegerit.*

**E**T primùm quidem permodicum ab eis panem, quo vesceretur, accipiebat, ac suo bibebat fonte: postmodum vero proprio manuum labore iuxta exempla patrua vivere magis aptum ducebat. Rogavit ergo afferri ubi instrumenta, quibus terram exerceret, & triticu[m] quod sererer. Sed feminata verno tempore terra nullus usque ad medium & statim reddidit fructus: unde vobiscentibus se juxta morem fratibus aiebat vir Dei: Fortran aut relutus hujusc naturæ, aut voluntas Dei non est, ut hoc in loco mihi triticum nascatur: afferre rogo hordeum, si forte vel illud fructum facere possit. Quod si nec illi Deus incrementum dare voluerit, satius est me ad cœnobium reverti, quā alieno hic labore sustentari: allatunque hordeum, dum ultra omne tempus serendi, ultra omnem spem fructificandi terra commendaret, mox abundanter exortum fecit fructum copiolatum: qui dum mature fecerit copiis, venere volucres, & huic depascendo certam insistebant. Ad quos piissimus Christi servus appro-

pianus,

BEDE  
TOMUS  
54  
17  
22

pians, sicut post ipse referebat: solebat enim se pere, quia lati vultus & affabilis erat, ad confirmandam fidem audienciam, aliqua etiam de eis, que ipse credendo obtinebat, in medium proferre: Quid tangitis, inquit, fata, quae non seruitis? An forte vos plus me his opus habetis? Si tamen a Deo licentiam accepistis, facite quod ipse permisit: fin autem, recedite, neque ultra ius aliena latitatis. Dixerat, & ad primam jubentis vocem universa volucru multitudine recessit, i.e.; per omnia deinceps ab ejusdem messis invasione continuit. Et hic quoque venerabilis Christi famulus in duobus miraculis duorum patrum est facta secutus: in aqua videlicet elicita de rupe, factum beati Patris Benedicti, qui idem penes & eodem modo legitur fecisse miraculum: sed idcirco uberiori, quia plures erant qui aqua inopia laborarent. Porro in arcessitis a melle volatibus, reverendissimi & sanctissimi Patris Antonii sequentibus exemplum, qui a lassione hortuli, quem ipse plantaverat, uno onagro sermone compescuit.

## CAPUT XX.

*Quomodo corvi injuriam, quam viro Dei intulerant, precibus & munere purgaverint.*

**L**IBET etiam quoddam beati Cuthberti, in exemplum praefati Patris Benedicti factum narrare miraculum, in quo avium obedientia & humilitate palam contumacia & superbiam condemnatur humana. Erant siquidem corvi multo ex tempore ejusdem insulae fedibus aliuiti: quos cum die quadam vir Dei misericordantes hospitium frumentorum, de quo prae fatus sum, solito faceret, ablatoque culmo, quibus testum fuerat, ad fabricam nidi ore ferre conpiceret, coecutus eos leviter protensione dexteræ, atque a laetitia fratrum jam cessare præcepit; sed illi imperium spernitibus: In nomine, inquit, Iesu Christi abiit quatuor, neque in loco quem latitatis, ultra manere presumerat. Vix verba compleverat, & confitim trifiles abiit: peracto autem triduo unus e duobus rediit, & fodientem repertus famulum Christi, sparsa lenitatem, lites pennis, & summissio ad pedes ejus capite, atque humiliata voce quibus valebat indicis veniam precabatur. Quod intelligens venerabilis Pater, dedit facultatem remeandi: at ille impetrata rediendi licentia, mox fodiens adducturus abiit. Nec mora, redeunt ambo, & secum digna munera serunt, dimidiam videlicet axungiam porcinam: quam vir Domini adventantibus postea fratribus sapienter ostendere, atq; ad ungendas caligas præberet solebat, contentans eis quanta hominibus obediunt, & quanta sit cura humilitatis habenda, cum avis superbissima injuriam, quam viro Dei intulerat, precibus, lamentis & munib; festinavit abluere. Denique ad dandum hominibus exemplum correctionis, multis deinceps annos in ipsa insula manebant & misericordabant, neque aliquid molestia cuiquam irrogare audebant. Nulli autem videatur absurdum a volatibus formam discere virtutis, cum Salomon dicat: Vade ad formicam, & piger, & considera vias ejus, & disce sapientiam.

## CAPUT XXI.

*Qualiter eius necessitatibus etiam mare servierit.*

**N**ON sola autem aëris, sed & maris animalia, immo & ipsum mare, sicut & aë & ignis, iuxta quod in superioribus exposuitur, viro venerabilis præbuerū obsequiū. Qui enim authori omnium creaturarum fideliter & integro corde famulatur, non est mirandum si ejus imperiis ac votis omnis creatura deserviat. At nos plerunque scirecō subjecta nobis creature dominum percimus, quia Dominus & creator omnium ipsi se vire negligimus. Et ipsum, inquam, mare promptum famulo Christi, ubi opus habuit, impendebat officium. Disponebat namque parvulam ibi in suo monasterio, sed quotidianis necessi atribus aptam condere casulam, cui à parte mari, qua alluvione

frequenticum gurgitum excavata rupis altissimum, nec brevem fecerat hiatum, basis supponenda erat, & hæc juxta latitudinem hiatus duodecim pedes longa. Rogavit ergo fratres, qui se visitaturi advenierant, ut cum rediret, lignum ibi longitudinis duodecim pedum, ad faciendam domunculam batim, deferent: qui promitterunt ei libentillimè acturos quod petuit: sed accepta ab eo benedictione, ubi donum sunt reversi, fugit mentem petitoris Patris, reverisque die debito ad eum, non attulere quod rogabantur: quibus ille benignissime receperit, & oratione solitâ Deo commendatis: Ubi est, inquit, lignum quod vos afferre rogabam? Tum illi reminiscentes petitionem ejus, suamque conscientes oblivionem, usniam de admisso precabantur. At vir miserrimus blando illos sermonem consolatus, usque ad manæ in insula manere & quiescere præcepit, dicens: Credo quia Deus non obliviscatur in eis voluntatis & necessitatis. Fecerunt ut dixerat, & exurgentem manæ viderunt, quia nocturnus Oceani astus lignorum memorata longitudinis attulit, & in ipso insuper loco depositum, ubi in edificium desuper erat impendendum. Videntes autem, mos & ritus venerabilis sanctitatem mirabantur, cui etiam elementa servirent, & suamenta tarditatem debito cum pudore culparant, quos etiam insensibilis elementum, quam sic sanctis obtemperandum, doceret.

## CAPUT XXII.

*Quomodo multis ad ferventibus, monita dans salutis fragiles expouerit antiqui boſtu insidas.*

**V**eniebant autem multi ad virtutem Dei, non solum de proximis Lindisfarenibus finibus, sed etiam de remotioribus Britannia partibus, famâ nimis virtutum ejus acciti, qui vel hæc qua commissione errata, vel daemonum, qui paterentur, tentamenta prostinent, vel certe communia mortali, quibus affligerentur, adversari patescientes, a tanta languoritate viro se consolando sperabant. Nec eos felix ipsa. Namque nullus ab eo sine gaudio consolations abiit, nullum dolor animi, quem illi attulerat, redeuntem comitatus est. Novaret quippe metus piæ exhortatione refovere, sciebat angustiaris gaudia vias coelestis ad memoriam revocare, fragili scilicet hujs & prospéra similitudine & adversa monstrare, dicerat tentatis multifarias antiqui hostis pandere veritas, quibus facile caperetur animus, qui vel fraternali vel divino amore nudatus existeret: at qui integrâ fide roboratus incederet, infidias adversarii Domino auxiliante, quasi calles transiret aranea. Quotiens, inquit, me ipsum de alta rupe per præcepit misere, quotiens quasi ad interficiendum me lapides jacabant: sed & alii aliisque fantasmatum testamentum me appetentes deterrebat, at de loco hujus certaminis conabantur eliminare, nec tamen ullatenus vel corpus meum laetitia aliquâ, vel mente timore contaminare volebant. Hoc quoque fratribus solebat crebre intimare, ne conversationem ejus quasi singuliter celsam mairarentur, quia contempti secularibus curis secretis vivere maleret: sed jure, inquit, est conobiturum via miranda, qui Abbatii per omnia subiectiuntur imperiis, ad ejus arbitrium cuncta vigilandi, orandi, jejunandi atque operandi tempora moderantur, quorum plurimos novi parvitatem meam longè & mundinâ mentis, & culmine gratia prophetalis anteit: quibus eti venitibilis & cum omni honorificentia nominandus servus Christi Boisilus, qui me in Mailrosen monasterio quondam senex adolescentem nuciebat, & inter enuntiendum cuncta qua mihi erant ventura, prophetica veritate prædictit, & unum tantummodo restat ex omnibus ab eo mihi prædictis, quod utinam nunquam impletatur: hoc autem dicebat, quia præfatus Christi famulus Episcopatus eum gradu significabat esse funeratum, cuius percepitionem ipse non parum desiderio vita secreteroris horrebat.

## CAPUT

## CAPUT XXIII.

Quomodo Elfred Abbatissa & puella eius per zonam ipsius  
fuit sanata.

**N**eque verò sanitatum miracula per hominem Dei, tamethi longè ab hominibus potius fieri cessabant: sicutdem venerabilis ancilla Christi Elfred, que inter gaudia virginitatis non paucis familiarum Christi agminibus materna pietatis curam adhibebat, ac regalis stemmata nobilitatis potiori nosilitate lumina virtutis accumulabat, multo virtus Dei semper excolebat amore. Hac eo tempore, sicut ipsa postea reverendissimo Lindisfarneensi Ecclesie presbytero Herefrido, & ille mihi referebat, gravi percussa languore, ac diu vexata, penè visa est perire ad mortem. Cui cum nil curacionis posset adhibere medici, subito divinâ intrinsecuâ gratiâ curante palatio morti subtrahita est, nec tamen planè sanata. Nam dolor quidem inter eorum abcessit, membrorum vigor rediit, sed facultas standi vel deambulandi prorsus defuit: quia nec ad stundam erigi, nec nili quadrupes valeat ingredi. Cœpit ergo tritilis aeternâ timere debilitatem: nam & de medicorum auxilio jam pridem fuerat facta des�ratio: cui cùm die quādam inter angustias tritilum cogitationum veniret in mente beata & quieta conversatio reverendissimi Patris Cuthberti: Utinam, inquit, haberem aliquid de rebus Cuthberti mei, scio certe, & credo, & confido in Domino, quia citò sanarer. Et non multò pôl advenit, qui ei zonam lineam ab eo missam defenser: quæ multum gavisa de munere, & desiderium suu viro sancto jam colitus patefactum intelligens, succinxit se illâ, & manè mox ereta ad stundam, terriâ verò de plenè cœl redditâ sanitati. Post dies autem paucos copit ægrotare quādam de virginibus monasterii ipsius, dolore capitis intolerabilis: quæ cum ingravescent, & morbo per dies videbatur esse moritura, intravit ad visandâ eam venerabilis Abbatissa: cumq; eam graviter afflictam conspicere, tu it memorata viri Dei zonâ, & hac illi caput circumligare curavit: quæ eodem mox die absente dolore curata est, tollensq; zonam sua condidit in capsâ. Quam cum post dies aliquot Abbatissa requireret, neq; in capsâ eadem, neq; ipsiam potuit inveniri. Quod divinâ dispensatione factum intelligitur, videlicet ut per duo sanitatis miracula Deo dilecti Patris sanctitas appareret credentibus, & deinceps dubitandi de sanctitate illius occasio toleretur incedulsi. Si enim eadem zona semper adest, semper ad hanc concurrere voluissent agricoli: & dum forte aliquis ex his non mereretur à sua infinitate curari, derogaret impotenter non salvantis, cum ipse potius esset salutis indignus. Unde providâ, ut dictum est, dispensatione superius pietatis, postquam fides credentium confirmata est, mox invia perfidorum materia detrahendi est prorsus ablata.

## CAPUT XXIV.

Quid scicitandi eidem Elfreda de vita Egfridi Regis &  
Episcopatus suo prædixerit.

**A**lio item tempore misit eadem reverendissima virgo & mater virginum Christi Elfred, rogavitque virum Dei, adjurans in nomine Domini, ut eum videre, & de necessariis mereretur alloqui: qui ascensâ cum fratribus navivenit ad insulam, quæ Coquedi fluminis ostio prejacent ab eodem nomen accepit, & ipsa monachorum coribus insignis. Nam præfata Abbatissa illò eum sibi occurrere rogaverat: cuius potita colloquio cùm multa ab eo quæ scicitabatur, audiret, ecce repente in medio sermone ad voluntudine pedibus ejus, adjuravit eum per nomen illud terrible ac venerabile superius Regis & Angelorum ejus, ut diceret illi quām longo tempore vîturus esset Egfridus frater illius, & regnum gubernaturus Anglorum. Scio enim, inquit, quia prophetæ spiritu quo polles, et iam hoc dicere potes, tibi. At ille expavens ad juramen-

tum, nec tamen volens aperte quod petebatur, revelare secretum: Mirum, inquit, quare sapiens feminâ, & in sanctis eruditæ scripturis, longa vocare velis humanæ temporæ vitæ, dicente Psalmistâ: Quia anni nostri sicut aranea meditabuntur: & cùm moneat Salomon, si annis multis vixerit homo, & in his omnibus latet fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis & dierum multorum, qui cùm venerint, vanitatis arguuntur præterita: quanto magis is, cui unius solùm anni vita supereft, brevi viderut tempore vixisse, ubi mors astiterit in januâ? Hac audiens illa, sub lachrymis prælagia dira deslebat, exterisque facie, rursus audaciâ femineâ adjuravit per majestatâ summa divinitatis, ut diceret quem habiturus esset hæredem regni, cùm filiis careret & fratribus; qui parum silens: Né dicas, inquit, quia cares, habebis enim successorem, quem germanâ, ut ipsum Egfridum, dilectione complestaris. At illa: Obsecro, inquit, dicas, quibus in locis sit illa. Qui ait: Cernis hoc mare magnum & spatiostum, quot abundet in insulis? Facile est Deo oī aliqua harum sibi pridere, quem regno præficiat Anglorum. Intellexit ergo, quia d' Alfrido diceret, qui cerebatur filius fuisse patris illius, & tunc in insulis Scotorum ob studium literarum exulabat. Sciebat autem, quia Egfridus proponeret eum constitutere Episcopum, volensq; eum dignoscere si propositum sequeretur effectus, ita quarendo exorsa est: O quam variâ intentione dividantur corda mortalium! Quidam adeptis gaudent divitias, aliis amantes divirias, semper egent, tu gloriâ mundi, quāmvis offeratur, respuis, et iam si Episcopatum pertingeret possis, quo sublimius apud mortales nihil est, cui claustra deserti huic gradui præferes? At ille: Scio me, inquit, tanq; gradu dignum non esse, nec tandem iudicium superni gubernatoris utipiam effugere quo: si q; tanto oneri me subiectum disponuerit, credo quia post modicum liberum redder, & forsitan non amplius quām duobus annis exactis solitam me mez solitudinis remittere ad requiem. Præcipio autem tibi in nomine Domini & Salvatoris nostri, ne cui ante meum obitum, quæ à me audivisti, referas. Cùmque illi hac & multa alia quæ quarebat, exponeret, atque eam de quibus opus habebat, infiltrueret, reversus ad insulam & monasterium suum, solitariam, ut cooperat, agebat sedulus vitam. Nec multò pôl congregata synodo non parva tub præfentis piffissim ac Deo dilecti regi Egfridi, cui beatæ memoriz Theodorus Archiepiscopus præsidebat, unanim omnium consensu ad Episcopatum ecclesiæ Lindisfarneensi electus est: qui cùm multis legatariis ac literis ad se præmissis nequaque suo loco posset erui, tandem Rex ipse prefatus una cum sanctissimo Anselmico Trumwine, nec non & aliis quamplurimis religiosis ac potentibus viris ad insulam navigavit, genuflectunt omnes, adjurant per Dominum, lachrymas fundunt, obseruant donec ipsum quoque lachrymis plenum dulcibus extrahunt latrbris, atque ad synodus pertrahunt. Quod dum perveniret, quamvis multum renitens, unanim à omnium voluntate superatur, atque ad suscipiendum Episcopatus officium collum submittere compellitur. Nec tamen statim ordinatio, sed peractâ hyeme quæ imminebat, expleta est: atque ut verbis ejus proprieatis per omnia satisficeret, Egfridus post annum Pictorum gladio trucidatur, & Alfridus in regnum frater ejus nothus substituitur, qui non paucis anticis temporibus in regionibus Scotorum lectioni operam daba, ibi ob amorem sapientia spontaneum passus exilium.

## CAPUT XXV.

Quomodo electus ad Episcopatum servum Comitis Lan-

guentem aquâ per se benedictâ curaverit.

**C**um ergo electus ad Episcopatum vir Domini Cuthbertus suam remeâlet ad insulam, atque aliquantulum temporis secretus Domino solitâ devotione militaret: evocavit eum venerabilis Episcopus ejus Eata, atque ad suum colloquium Mailros venire præcepit. Quo ex-

plete colloquio, dum domum redire cepisset, occurrit illi comes quidam Egfridi Regis, rogavitque obnoxè, ut ad benedictionem dandam in villulam suam domumque converteret. Quod cùm pervenisset, & gratifico omnium susceptus esset officio, indicavit ei vir de infirmitate famuli sui, Deo, inquiens, gratias sanctissime Pater, quod nos videre, nostramque domum intrare dignatus es : & verè credimus, quia maximum nobis lucrum & mentis & corporis praefat adventus tuus. Est autem nobis famulus post diutius infirmitate cruciatus, & in tantum doloris hodie per ductus, ut morienti similius quam languenti appareat. Extremam namque corporis parte præmortua permodicum ore & naribus flatum trahere videtur: qui confessum benedixit aquam, & dedit ministro comitis nomine Baldhelmo, qui nunc usque superest, & in ecclesia Lindisfarnensi presbyteri gradum officio tenens, moribus implet, virtutesque viri Dei cunctis seire volentibus reserte dulcissimus habet, qui & mihi hoc ipsum quod referto, miraculum narravit. Huic ergo dans aquam benedictam vir Dei: Vade, inquit, & gaudiam præbe langenti. Qui dicit parens, ac tutili aquam agrotanti: quam dum tertio ori ejus infunderet, continuò contra morem se quietum dimisit in soporem. Erat enim iam vespera: qui etiam silentio transigit noctem, & visitanti se Domino suo salvus manè apparuit.

## CAPUT XXVI.

Qualiter in Episcopatu rixerit.

**S**uscipimus autem Episcopatus ordinem venerabilis Vir Domini Cuthbertus, juxta præcepta & exempla Apostolica virtutum ornabat operibus. Commissari namque tibi plebem & orationibus protegebat affidius, & admonitionibus saluberrimis ad coelitia vocabat, & quod maximè doctores juvavat, ea quæ agenda docebat, ipse prius agendo præmonstrabat. Eripiebat in opena de manufortioris ejus, egenum & pauperem à rapientibus eum: trifles ac pusillanimes confolari, malè autem gaudentes ad tristiciam, quæ secundum Deum est, revocare curabat: solitam sibi parsimoniā sedulus exercere, & inter frequentiam turbarum monachice vita rigorem sollicitus observare gaudebat: esurientibus alimenta, indumenta præbebat algentibus, ceterisque vita pontificalis insignibus ritè decoratus incedebat. Cuius internis, id est, animi virtutibus, ea quoque quibus foris effulgebat, miraculorum signa tellurionum dabant, ex quibus aliqua breviter memoria commendare curavimus.

## CAPUT XXVII.

Quomodo interitum Egfridi regis & militia ejus, quem prædixerat, absens viderit in spiritu.

**I**gitur dum Egfridus rex ausu temerario exercitum in Pictos ducerat, eorumque regna atrocí ac feroce savitiam devastare, sciens vir Domini Cuthbertus adesse tempus, de quo anno præterito interroganti ejus sorori prædixerat, non eum amplius quam uno anno efficiaturum: venit ad Lugubrialim civitatem, quæ à populis Anglorum corruptè Luel vocatur, ut alloqueretur reginam, quæ ibidem in monasterio sua sororis eventum belli expectaret, dispossuit. Postea autem die deducentibus eum civibus, ut videret membra civitatis, fontemque in eo miro quodam Romanorum opere exterratum, repente turbatus spiritu, ut stabat super baculum, moestam faciem deflexit ad terram, tursumque se erigens, atque ad coelum oculos attollens, ingemuit graviter, & non grandi voce ait: Forte modò disserim factum est certaminis. At presbyter, qui astabat, intelligens de quo diceret, incautè velocitate ductus, respondit & dixi: Unde scis? Nolens autem ille amplius de his, quæ sibi erant revelata, patefacere. Nonne videtis, inquit, quam mirè mutatas ac turbas us sit aer? Et quis mortalium sufficit investigare iudicia Dei? Attamen con-

festum intravit ad reginam, & secretò eam alloquens (erat autem dies sabbati) Vide, inquit, mature il. uesciente secundà sabbati ascendas currum, quia die dominico currere non licet, vadaque & regiam civitatem citissimè introcas, ne fortè occidius sit Rex. Ego autem, quia crastinā die ad vicinum monasterium ob dedicandam ibi ecclesiā venite rogatus sum, expletā dedicatione te continuo subsequor. Veniente autem die dominico prædicans verbum Dei fratribus ejusdem monasterii, finito sermone, & faventibus cunctis qui aderant, rursus ita caput: Obscurò, dilectissimi, iuxta A postoli monita vigilieris, letis in fide, viriliter agari, & confortemini, ne fortè superveniens aliquis tentatio vos imparatos inveniat: sed memores portiū semper illius Dominicī præcepti: Vigilate & orate, ne intratis in temptationem. Purabunt autem, quia non multò antè pestilentia clades & eos & multos circumquamque latè cæde straverat, eum de hujusmodi plaga jam reditura suis locutum. At ille rursus assumpcio sermone: Quidam, inquit, cùm adhuc in mea demorarer insula solitaria, venerunt ad me quidam de fratribus die sancto dominica nativitatib; rogabantque ut de mea casula & manib; egrediens, solennem cum eis & latum diem tantæ veneracionis transtigerem: quorum ego precibus devotis acquiescens egrediebar, & confidi ad epulas. At in media fortè refectio dixi ad eos: Obscurò, fratres, caute agamus & vigilanter, ne per incuriam forte & securitatem inducamus in temptationem. At illi responderunt: Obscuramus, hodie latè agamus diem, quia natale sit Domini nostri Iesu Christi. Et ego: Sic, in quam faciamus. Cumque post hanc aliquando epulis, exultatione ac fabulis indulgeremus, tursus admonere ceperit, ut solliciti existemus in orationibus & vigiliis, atque ad omnes temptationis incūsus parati. Et illi: Benè inquit, & optimè doces: sed tamen quia abundant dies jejuniorum, orationis & vigiliarum, hodie gaudemus in Domino: nam & Angelus nascente Domino evangelizabat pastoribus gaudium magnum, quod effet omni populo celebrandum. Et ego: Benè, inquam, faciamus hic. Sed cum epulatis nobis, & diem latum ducentibus, tertio ejusdem admonitionis verba repererem, intellectore illi, quia non frustra hac tam studiosè fuggerem, & expavescentes dicebant: Faciamus ut doces, quia necessitas magna nobis incumbit, ut contra inuidias diabol, & omnia temptatione semper accincti spiritualiter vigilemus. Hac dicens ego, neiciebam siue nec illi aliquid nobis occursum nova temptationis: sed tantum in insinuā mentis admonitus sum adversus subitas temptationes procellas statu cordis semper esse manendum. Sed ubi reverti à me manè ad suum, id est, Lindisfarnense monasterium redireunt, eccœ quendam de suis morbo pestilentia obisse perierunt. Et crescente ac levante per dies, immo etiam per menses, & annum penè totum eadē clade, nobilissimus ille patrum fratribus cotus spiritualium penè universus migravit ad Dominum. Etnunc ergo fratre vigilat & vos in orationibus, ut si quid vobis tribulationis inguerit, vos etiam paratos inveniat. Hac dicentes venerabilis Antilite Cuthbertus, rebantur, ut præfatus sum, quia de redditu pestilentia diceret. Sed post unum diem adveniens, qui fugerat è bello, occulta virtù Dei varicinias miseris exponebat eloquio: probatumque est ipsa die eadem; horā, qua viro Dei juxta puteum stanti revelatum est, calis circumtutoribus regem hostili gladio suis protulatum.

## CAPUT XXVIII.

Quomodo Hereberto anachoreta obitum suum prædixerit, comitatumque illius à Domine precibus obsecruerit sine mora.

**N**ox multo post tempore idem famulus Domini Cuthbertus ad eandem Lugubrialim civitatem rogatus advenit, qua enī ibidem sacerdotes consecrare, sed & ipsam Reginam dato habitu sanctæ conversationis benedicere deberet. Erat autem presbyter vita venerabi-

lis. Nominis Herebertus jam dudum viro Dei Cuthberto spiritualis amicitia fecere copulatus, qui in insula stagni illius perigranis, de quo de Orventionis fluvii primordia erumpunt, vitam solitariam ducens, annis singulis ad eum venire, & monita ab eo perpetua salutis accipere consueverat. Hic cum audiret eum illa in civitate demoratum, venit ex more cupiens salutibus ejus exhortationibus ad superem desideria magis magisque inflammari: qui dum se se alterutrum coelestis sapientia pociis ebriarent, dixit inter alia Cuthbertus: Memento frater Hereberte, ut modò quicquid opus habes, me interroges, mecumque loquaris: quia potquam ab invicem digressi fuerimus, non ultra nos invicem in hoc seculo carneis oculis videbimus. Ceterus sum enim quia tempus meæ resolutionis instat, & velox est depositio tabernaculi mei. Qui hæc audiens provulvotus eum pedibus, fuisse cum gemitu lachrymæ: Obsecro, inquit, per Dominum, ne me derelinquas, sed tui sodalis memineris, rogesque supernam pieratem, ut cui pariter in terris seruivimus, ad ejus videndam claritatem pariter transgauamus ad celos. Nostri enim, quia ad tui oris imperium semper vivere studui, & quicquid ignorantia vel fragilitate deliqui, aquæ ad tuæ voluntatis arbitrium castigare curavi. Incubuit precibus Episcopus, statimque eductus in spiritu imperialis se quod petierat à Domino: Surge, inquit, sita eri mi, & noli plorare, sed gaudio gaude: quia donavit nobis superna clementia quod regavimus eam. Cuius promissi & prophetia veritatem sequens rerum finis affuxit, quia & dixerint ab invicem, non amplius se corporaliter videbunt; & unius ejusdemque momento temporis egredientes è corpore spiritus eorum, mox beatè invicem visione conjuncti sunt, arque angelico ministerio pariter ad regnum coeleste translati. Sed Herebertus diutinè prius infinitate decoquitus, illâ fortassis dispensatione dominica pietatis, ut uero quid minus haberet meriti beato Cuthberto, suppleret dolor continuus longæ & agitudinis, quantum & quatuor gratia suo intercessori, huc uno eodemque tempore cum eo de corpore egredi, ita etiam unâ atque indissimili fede perpetuæ beatitudini mereretur recipi.

## CAPUT XXIX.

Quomodo uxorem Comitis per presbyterum suum aquâ benedictâ sanaverit.

Quadam autem die dum parochiam suam circumviens monita salutis omnibus ruri casis & viculis largiretur, nec non etiam nuper baptizatis ad accipendam Spiritus sancti gratiam inanum imponeret: devenit ad villam cuiusdam Comitis, cuius uxor male habens, quas proxima morti jacebat. Cui iam venient i' occurrens ipse Comes flexis genibus, gratias egit Domino de adventu illius, & introducens illum benigno recepit hospitio: Cumque loris more hospitalitatis manus & pedibus resedisset Antistes,cepit referre illi vir de languore conjugis desperata, oblecrans, et ad spargendam eam aquam benedicere: Credo, inquit, quia mox aut sanitati Deo donante restituantur, aut si moritur ait, perpetuum de morte transeat ad vitam, citiusque moriendo compedium tam miserabilis ac diutinæ vexationis accipiat. Annum deprecant vir Dei, & allatam benedicens aquam dedit presbytero, præcipiens ut super languidam asperget. Qui introrgesclus cubitulum, in quo illa exanimi summilla jacebat, aspergit illam & lectulum ejus: sed & os illius aperiens, gustum salutiferi haustus immisit. Res mira & vehementer stupenda: Mox ut eam aqua benedicta tetigit languentem, & quid erga eam ageretur prorsus ignorantem, ita plenam & mentis & corporis sanitatem recepit, ut confestim reprobans benediceret Dominum, gratiasque referret ei, qui tales tantosque hospites ad se visitandam curandamq; destinare dignatus fit. Nec mora exurgens, ipsi sua sanitatis ministris ministerium sana prabuit, pulchroque spectaculo ipsa prima de rotâ tanti ylii familia Episcopo potum refectionis obrulit, qua per

ipsius benedictionem poculum mortis evasit, secuta exemplum socii Apostoli Petri, quæ curata à febris per Dominum, continuò surgens ministrabat illi ac discipulis ejus:

## CAPUT XXX.

Quomodo puellam oleo percuttam à dolore caput laeris que liberaverit.

Necesse huic dissimile sanitatis miraculum à venerabili Antilite Cuthberto factum, mulci qui præsentes fuere, testati sunt: è quibus est religiosus presbyter Edwaldus, tunc minister viri Dei, nunc autem Abbas cœnobii Mailroensis: Dum enim more suo pertransiret universa docendo, devenit in vicum quandam, in quo erant sanitoniales non multæ, quibus timore barbarici exercitus à monasterio sui profugis, ibidem manendi sedem vir Domini paulò ante donaverat: quartum una, qua erat cognata præfatis sacerdotis Edwaldi, gravissimo tenebatur languore deprecta: per integrum namque annum intolerabilis capitis & totius lateris alterius dolore vexata, funditus à medicis etat desperata. Indicantibus autem de illa viro Dei, & pro sanatione ejus obsecrantibus his qui venerant cum eo, miseratus ille miseram unxit oleo benedicto: qua ab illa mox hora meliorari incipiens, post dies paucos plenâ sollicitate convalescit.

## CAPUT XXXI.

Quomodo per panem ab eo benedicendum infirmus sit sanatus.

Nec silentio prætereundum arbitramur miraculum, quod ejusdem viri venerabilis virtutè, quamvis ipso absente patrattum cognovimus. Meminimus suprà Hildmeri præfecti, eius uxorem vir Dei ab immundo spiritu liberaverit. Idem ergo præfectus poitea decidit in lectum gravissimam prius infirmitatem, adeo ut crescente molestia per dies, jamjamque videtur esse moriturus: Adeo ant multi annorum, qui ad consolandum venerant languenter: cumque lecto jacens assiderent, repente unus eorum intulit, quia secum habet: panem, quem sibi nuper vir Domini Cuthbertus benedictionis gratiâ dedit: & Credo, inquit, quia hujus gustu possit, li' ramen fidei nostra tarditas non obstat, medelam recipere salutis. Erant autem laici omnes, sed religiosi. Converigitur ad invicem, confebantur singuli, quia abique via dubitate crederent per ejusdem benedicti panis communionem eum posse sanari: implenteque calicem aquâ, immiserunt pauxillulum panis illius, & dedérunt ei bibere. Cuius itam ut viscerâ gullos illæ aqua per panem sanctificatus attigit, fugit dolor interaneorum omnis, fugit exteriorum tabitudo membrorum. Nec mora expeditum à langore virum salsus sublecta confirmavit, atque ad laudandam famul Christi sanctitatem, & admirandam fidei non sicut virtutem, merito & ipsum & omnes, qui celeritatem tam inopinatæ salutis videre & audiæ, laetulit.

## CAPUT XXXII.

Qualiter oblatum sibi in itinerè juvenem moriturum orando revocari ad vitam sine omni mora.

Quodam quoque tempore dum sanctissimus gregis dominici pastor sua turando circuiret ovilia, devenit in montana & agrestia loca, ubi multi erant de circumpositis latè villulis, quibus manus erat imponenda. Nec tamen in montibus ecclæsia vel locus inventari potuit aptus, qui Pontificem cum suo comitatu suscepit. Tendebant ergo ei tentoria in via, & casis de vicina tyvatam scutulis, sibi quoque tabernacula ad manendum, quælia poterâ, fixerunt: ubi dum confluentibus ad se turbis vir Dei verbum biduo prædicaret, ac Spiritus sancti gratiam nuper regeneratis in Choris to per manus impositionem ministret, ecce subito apparuerunt mu-

lires ferentes in grabato juvenem longæ agitudinis acerbitate tabefactum, ponentesque in exitu syva, miserunt ad Episcopum, rogantes ut accipiantam benedictionem ad se huc afferri permetteret. Quem cum ad se perductum acerrimè vexatum conficeret, iustis omnes secedere longius: & ad solita orationis arma configiens, da à benedictione pepulit pessum, quam sollicita medicorum manus pigmentorum compositione nequiverat. Denique eadem horā turgens, & accepto cibo confortatus, reddidit à Deo gratiarum actione regresus est ad eas, quæ se portaverant fœminas: sicut factum est, ut quæ eum illò tristes languidum adverarentur, cum eis indè gaudentibus, & ipsæ sorores ac latabundus domum rediret.

## CAPUT XXXIII.

*Quomodo tempore mortalitatis mor entem puerum matrem sanum restituerit.*

Eodem tempore pestilenta subiit exorta illis in partibus gravissimâ necesse incubuit, ita ut magnis quondam referuntque habitatoribus villis ac possessionibus vix parvæ raræque reliquæ, & interdum nullæ residerent. Unde sanctissimus Pater Cuthbertus diligenterissime suam ultrans parochiam, eidem minimis, quæ superiore reliquias, ministerium verbi, & necessariæ consolationis operi ferre non desit. Adveniens autem in viculum quendam, ibidemque omnibus, quos invenierat, auxilio exhortationis adhibito, dixit ad presbyterum suum: Putasne, superest quispiam his in locis, cui nolit à visitatione & allocutione opus sit, an cunctis qui malè habebant visus, jam ad alios tranfire licet? Qui circumficiens omnia, vide mulierem enim iùs stante, que extincto paulò ante filio, fratrem ejus jam morti proximum tenebat in manibus, lachrymisque faciem rigantibus præteritam pariter & praesentem testabatur arunnam: quam cum viro Dei ostenderet, nil moratus accessit ad eam, & beneficis dedit oculum pueru, dixique ad matrem: Ne metras, nec moesta sis, salvabitur enim & viver insans, neque illus ultrà de domo tua hac mortalitatis peste deficer: cuius propheticæ veritati ipsa cum filio mater mul o exinde tempore vivens testimonium dabant.

## CAPUT XXXIV.

*Qualiter animam cuiusdam, qui de arbore cadendo mortuus est, ad celum ferri conspererit.*

In terra dum preciis vicini sui obitus vir Domini Cuthbertus jam deinceps animo, depositâ curâ pastoralis officii solitariam redire ad vitam, quatenus excusa solitudine externâ inter libera orationum & psalmodie studia diem mortis, vel potius vice celestis proposito retinuerit ingressum: voluit prius non solum suâ circuitu parochiâ, sed & alias circa fidelium mansionibus visitatis, cunctos necessariæ exhortationis verbo confirmare, ac si ipse desideratæ solitudinis gaudio refoveri. Quod dum ageret, rogatus à nobilissima & sanctissima virginie Christi Elfredo Abbatissam, cuius superius memoriam feci, venit ad possessionem monasterii ipsius, quatenus ibidem & ipsam videre atque alloqui, & ecclesiam dedicare deberet. Nam & ipsa posleffio non paucu famulorum Christi examine pollebat: ubi dum hora refectionis ad menstru confidissent, subito venerabilis Pater Cuthbertus averfam à carnalibus epulis mentem ad spiritualia contemplanda consultit: unde lafatis ab officio suo membris corporis, mutato colore faciei, & quasi attonitus contra morem oculis, cultellus quoque quem tenebat, decidit in mensam. Quod dum presbyter ejus qui astabat & ministrabat, aspicere, inclinatus ad Abbatissam, dixit silentio: Interroga Episcopum quid viderit. Scio enim quia non sine cauta manus ejus tremefacta cultellum deseruit, vulnusque mutatur illius: sed vidit aliiquid spirituale, quod nos ceteri vide nequivimus. At illa statim convertit ad eum: Obscro, inquit, Domine, mi Episcope, dicas quid videris modò: ne-

que enim frustra laffata tua dextera cultellum, quem tenebat, amisisti. Qui dissimulare conatus vidisse se quippiam secreti, jocose respondit: Num totâ die manducare valebam? jam aliquando quiete debui. Illâ autem diligenter adjurante ac flagitante ut exponeret visionem: Vidi, inquit, animam cuiudâ sancti manibus angelicis ad gaudiâ regni coelestis ferti. Rursus illa: De quo, inquit, loco allumpta eti? Respondit: De tuo monasterio. A dicit nomen inquirere. Et ille: Tu mihi, inquit, die crastino Missas celebranti nomen ejus indicabis. Hac audiens illa confitemit milit ad majus suum monasterium videre, qui nuper raptus esset corpore. At nuntius omnes ibidem saluos incolumesque reperiens, postquam manu facto reverti ad Dominum ceperit, obvios habuit eos, qui corpus defuncti fratris sepietendum in carro deferent, interrogansque qui esset, didicit, quia quidam de pastoribus bona actionis vir incautius in arbore ascendens deciderat deorum, & contrito corpore ipsâ horâ spiritum exhalavit, qua hunc vir Domini ad celstia ductum videbat: Quod dum rediens Abbatissam referret, statim illa ingressa ad Episcopum, jam tunc dedicantem ecclesiam, stupore fœminæ quâ novum aliquid incertumq; nuntiatura. Precor, inquit, Domine mi Episcope, memineris ad Missas Hadwaldi mei (hoc enim viro erat nomen) qua heri cadendo de arbore defunctus est. Tunc liquidò omnibus patuit, quia mulier formis prophetia, spiritus viri sancti pre cordis intererat, qui & in præfenti occultum anime rapeum videtur, & quid ibi in futuro ab aliis indicandum esse, potuit prævidere.

## CAPUT XXXV.

*Quomodo aquam gustando in vini saporem converterit.*

Nde peragrat ex ordine superioribus locis, venit ad monasterium virginum, quod non longè ab ostio Timi fluminis situm, suprà documus: ubi à religiis, & ad sculum quoque nobilissima famula Christi Verca Abbatisa magnifice suscepit, postquam de meridianâ quiete surrexerunt, sitre se dicens, ut biberet rogavit. Quarebant quid biberet vellet, rogantes eum vīnum sive cervibani afferri liceret: Aquam, inquit, date mihi: qui haustum de fonte aquam obtulerunt ei. At ille datâ benedictione, ubi paulolùm gustavit, dedit astanti presby. ero suo, qui reddidit ministru. Et ministrus accepto poculo: Licet, inquit, mihi bibere de portu, de quo bibi Episcopus? Respondit: Etiam. Quare non liceat? Erat autem & ille presbyter ejusdem monasterii. Bibit ergo, & visa est aqua quâ in saporem vini conversa, tantique sibi testem volens adhibere miraculi fratrem, qui proximè astabat, porrecti ei poculum: qui cum & ipse biberet, ejus quoque palato pro aqua vīnum sapiebat. Aspectabant autem mirantes ad invicem, & ubi vacuum tempus ad loquendum accepserunt, confitebant alterutrum, quia videnter sibi nonquam melius vinum bibisse: sicut unus ex ipsis postea in nostro monasterio, quod etiâ ostium Wiri fluminis, non parvo tempore demoratus, ibidemque nunc placidâ quiete sepultus, sù mihi relatione testatus est.

## CAPUT XXXVI.

*Quomodo inobedientes ei quoddam fratres tempestas maris per septem dies obsederit.*

Dubius igitur annis in regimine episcopali transactis, sciens in spiritu vir Domini Cuthbertus appropinquare diem sui transiit, abiecit pondus curæ pastoralis, atque ad dilectum eremitæ conversationis agenem, quantocyù remeare curavit, quatenus inolita sibi solitudinis mundanæ spineta liberior prisca compunctionis flamma consumeret. Quo tempore sapientia ad visitantes se fratres de mansione sua egredi, & oisque præsens solebat alloqui. Liber autem referre quoddam tunc ab eo factum miraculum, quo clariss elucescat, quantum viris sanctis obtemperandum sit etiam in his, quæ negligenter imperare videntur. Quadam die dum venissent quidam, egredensque ille exhortatorio ut illos sermone reficeret, post

admoni-

admonitionem completam subiunxit dicens: Jam hora est, ut ad mansionem meam regrediar; vos autem, quia proficii disponitis, primò sumite cibos, & auncam illam (pendebat enim auncia in pariete) coquite & comedite, & sic in nomine Domini navem ascendite, ac domum redire. Dixerat hæc, & datâ oratione & benedictione suam mansionem introivit. Illi autem, ut præcepérat, sumpsere cibos; sed quia abundabant cibis, quos sècum attulerant, auncam, de qua præcepérat, tangere non curabantur. At cùm recessit naviculam vellent ascendere, exorta subito tempora fera omnia eis navigandi facultatem abstulit: factumque est ut septem diebus ferente undâ conclusi tristes in insula residerent, nec tamen culpam inobedientiam, pro qua hujusmodi carcerem patiebantur, ad memoriam revocarent: qui cùm fedulo ad Patris colloquium reversi, ac de redditu sui dispendio conquisiti, patienter ab illo monita perciperent: septim tandem die egressus ipse ad eos, volebat moestiam eorum, gratiâ sua visitationis & consolationis pia verbo lenire. Ingressus autem domum, in qua manebant, ut videt auncam non fuisse cometastam, placito vulto & lato potius sermone rediuit eorum inobedientiam: Nonne, inquiens, incompleta adhuc penda auncia? Et quid mirum si vos mare non sicut abire? Cittissimum ergo mittite eam in caldarium, coquite & comedite, ut possit mare quiescere, & vos domum remittere. Fecerunt itam ut iussicerat, contigitque miro ordine, ut cùm ad præceptum viri Dei coctura in caldario foco a gente servare ceperit, eadem horâ undâ in mari celsantibus ventis suo à fervore quiesceret. Expletâ itaque refractione videntes mare placidum, ascenderunt navem, & secundis flatus cum gaudio simul & pudore domum re-meaverunt. Pudebat namque eos inobedientia & lensis tardioris, quo verebantur suum etiam inter flagella conditoris dignoscere & emendare reatum. Gaudebant, quia intellexerat tantam fuisse Deo curam de fidei suo famulo, ut contemptus ejus etiam per elemosinam vindicaretur. Gaudebant, quia videre tantam suum curam suo fuisse Creatori, ut etiam manifeste miraculo ipsorum errata corrigeretur. Hoc sanè quod retuli miraculorum, non quolibet auctore, sed uno eorum qui interfuerat, narrante cognovi, vita videlicet venerabilis monacho & presbytero ejusdem monasterii Cynemundo, qui plurimis latè fidelium longavatis & vita gratia jam notus existit.

## C A P U T    XX X V I I .

*Quanta agrotus tentamenta pertulerit, quidve de sua se-pulturâ amandaverit.*

**R**EPELIIT autem insulam mansionemque suam vir Dei Cuchbertus, mox peracto die solenni nativitatis dominicae: cumque eum nubes ascendentum caterva fraterum circumstaret, interrogavit unus ex eis veteranus & venerabilis vir monachus, fortis quidem fide, sed dysterteria morbo corpore jam factus imbecillus: Dic nobis, inquiens, Domine Episcope, quando redditum tuum spe-rate debeamus? At ille simpliciter interroganti, simpli-citer & ipse, quod verum noverat, pandens: Quando, inquit, meum corpus hoc refereretis. Qui cùm duos fermè menses in magna reperiit suis quietis exultatione transi-geret, multo confusa & distractio nis rigor corpus men-tisque constringeret, arreptus infirmitate subitâ, temporalis ignis doloris ad perpetuam cœpit beatitudinis gaudia præparari, cuius obitum liber verbis illius, cuius relatio-ne didici, describere. Herefridi videlicet devote religio-nis presbyteri, qui etiam tunc Lindisfarensi monasterio Abbatis jure prefuit. Tribus, inquit, hebdomadibus con-tinuis infirmitate decoctus sic ad extrema pervenit: qui-dem quartâ feriâ cœpit agrotare, & rursus quartâ feriâ finitâ agrotidine migravit ad Dominicum. At cùm man-e primo inchoata infirmitatem venirem (nam & ante tri-duum cum fratribus insulam adieram) cupiens solita be-nedictionis & exhortationis ab eo solatia percipere, ut dato juxta morem signo me adveniens prodidi, processit

ad fenestram, & salutanti se mihi suspirium pro responso reddidit. Cui ego: Quid habes, inquam, Domine mi Epis-cope, an fortè nocte hac te languor tergit? At ille: Etiam, inquit, languor me tergit nocte hac. Purabam quia de ve-teri suâ infirmitate, cuius quotidiana penè molestia con-fueverat ex quo, non autem de nova & infirma diceret. Nec plura interrogans: Da, inquam, benedictionem no-bis, quia jam tempus navigandi ad domum remeandi adest. Facite, inquit, ut dicis, ascendite navem, ac domum salvi redite. Cum autem Deus suscepit animam meam, se-pe-lite me in hac mansione juxta oratorium meum, ad meridiem juxta orientalem plagam sancte Crucis, quam ibidè erexit. Eft autem ad aquilonarem ejusdem oratorium par-tem sarcophagum terra celsipe abditum, quod olim mihi Cudda venerabilis Abbas donavit: in hoc corpus meum reponite, involventes in fundo quam invenieris istuc. Nolui quidem eam vivens indui, sed pro amore dilecti Deo faciem, que habeat mihi misericordia. Veræ videlicet Abbatis, ad obvolvendum corpus meum reservare curavi. Hæc e-ego audiens: Obsecro, inquam, Pater, quia infirmum & moriturum te audio, aliquos de fratribus hic ad ministrandum tibi remanentes permittas. At ille: Ite, inquit, modo, tempore autem opportuno redite. Cumque diligenter obsecratus, ut ministrum sufficeret, nequaquam impetrare valerem, tandem interrogavi, quando deberemus re-verti. Qui ait: Quando Deus voluerit, & ipse vobis ostendit. Fecimus ut iussicerat, convocatisq; mox in ecclesiam fratribus cunctis, iusti orationem fieri sine intermissione pro eo: quia videbor, inquiens, mihi ex quibusdam verbis illius appropinquare diem, quo sit exiturus ad Dominum. Erat autem solicitus de reditu propter infirmitatem ejus, sed quinq; diebus oblitus tempestas, ne redire possemus: quod divinitus dispensatum fuisse rei probavit eventus. Ut enim omnipotens Deus famulorum suum ab omnib; labi mundanza fragilitatis ad purum castigaret, utq; adversariis ejus, quām nihil contra fidem virtutem valerent, often-dere, voluit eum tanto tempore segregatum ab hominibus, & sua carnis dolore, & antiqui hostis acriori certame probari: ut autem redditâ tranquillitate insulam repetivimus, invenimus eum suo monasterio egredium se-dere in domo, in qua nos manete solebamus: & quia ne-cessitas quadam poscebat, fratres qui tecum venerant, renavigare ad proximum litus, ipse remanens in insula, confessum Patri ministerium præbere curavi. Siquidem calefaciens aquam abluebam pedes ejus, qui gratiâ diu-tini tumoris jam tunc ulcus habebat, ac profunde sanie curâ indigebat: sed & vinum calefaciens attuli, eumque guttare rogavi. Videbam namque in facie ejus, quia mul-tum inediâ simul & languore erat defessus. Completa cu-ratione redit quietus in flatu, re sedi & ego juxta eum: cumque fileret, dixi: Video Domine Episcope, quia mul-tum vexatus es ab infirmitate, postquam recessimus a te: & mirum, quare nolueris ut aliquos nostri um, qui tibi mi-nistrarent, hic dimitteremus absentes. At ille: Dei, in-quit, providentia & voluntate gestum est, ut praesentiâ & auxiliâ destitutus humano, aliqua pateter adversa. Post-quatenus a me digressi essis, continuo cœperit languor in-gravescere: id est quod de mea mansione egressus in hu-c travi, ut quicunq; vestrum mihi ministraturi advenirent, hic me possent invenire, nec meam mansionem necesse haberent egredi. Ex quo autem ingrediens hac in sede membra composi, non movi me hinc, sed quinque die-bus his & noctibus hic quietus permanui. Cui ego: Et quomodo, inquam, Domine mi Episcope, sic vivere potui-isti? Num abique cibi perceptione tanto tempore man-sisti? Tum ille recte lecternio, cui supercedebat, oslen-dit ibi cepas quinque reconditas, & ait: Hic mihi victus erat his quinque diebus. Quotienscunque enim os aridat-ate ac fritu nimia artuit & ardebat, hæc gustando me re-create ac refrigerare curavi. Videbatur autem una de ce-pis minus quam dimidiâ parte corroso. Insuper ait: Et concertatores mei nunquam per omne tempus, ex quo in hac insula conversari cœpi, tot mihi persecutiones, quot in his quinque diebus intulere. Non audebam interrogare

re, quæ essent tentationes, de quibus dixerat, tantum ro-  
gavi ut ministros susciperet. Annuit ille, & quodam no-  
strum secum retinuit, in quibus erat major Beda presby-  
ter, qui ministerio ejus familiariter semper adesse consue-  
verat, idèque donationum acceptacionumque ejus omnium  
conscius erat indubius: quem ob id maximè secum mane-  
re voluit, ut si cujuslibet acceptis muneribus digna com-  
pensation non respondisset, illius admonitione recolereret,  
& priusquam obiret, sua cuique restituere. Sed & alium  
quendam de fratribus specialiter, ut inter ministros sibi  
adesseret, designavit: qui longo quidem ventris fluxu gravi-  
ter quidem agrotabat, neque à medicis poterat curari:  
sed merito religionis, prudenter & gravitatis dignus ex-  
titerat, qui testis esset verborum, qua vir Dei ultima dice-  
ret, vel quo ordine ad dominum migraret. Interā rediens  
domum narrabam fratribus, quia venerabilis Pater in sua  
se insula sepeliri jubaberet: & videtur, inquam, mihi iustius  
esse multe, & dignius impetrare ab eo: quatenus hoc  
transferti corpori suum, & juxta honorem congruum in  
ecclesia condi permittat. Placuerunt illis quæ dixeram,  
& venientes ad Episcopum rogabantur dicentes: Non  
aut istum Domine Episcope, contempne iussiōnem tuā,  
qua te hic tumulari mandasti: x tamen rogandum vide-  
batur nobis, ut te ad nos transferre, & nobiscum habere  
mereamur. At ille: Et me, inquit, voluntatis erat, hic  
requiescere corpore, ubi quanulumcumque pro Domino  
certamen certavi, ubi cursum consummare desidero, unde  
ad coronam iustitia sublevandum me à pio judice spero:  
sed & vobis quoque commodius esse arbitror, ut hī re-  
quiescam, proper incursionem profugorum vel noxi-  
rum quorumlibet. Qui cū ad corpus meum fortē confu-  
gerint, quia qualcumque sim, fama tamen exivit de me,  
quia famulus Christi sim, necesse habebit sepius protali-  
bus apud potentes feculi intercedere, atque idèque de pre-  
tentia corporis mei multum tolerare ad laborem. At no-  
bis multam diu deprecantibus, laboreisque hujusmodi  
gratum nobis ac levem fore a sacerdotibus, tandem cum  
confiliō locutus vir Domini: Si meam, inquit, d'positio-  
nem superare, & meum corpus illò reducere vultis, vide-  
tur mihi optimum, ut in interioribus basilicae vestra illud  
tumuletis, quatenus & ipse cum vobis, meum sepulchrum  
visitare possitis, & in pectore sit vestra, an aliqui illò de  
adventientibus accedant. Gratias egimus permissione &  
consilio illius flexis in terram genibus, ac domum redeun-  
tes, frequentius illum exinde visitare non destitutus.

## CAPUT XXXVIII.

*Quomodo ministrum suum à profilio ventris sanaverit  
agrotus vir beatus.*

Cumque incremente languore videret tempus suę re-  
solutionis instare, praecepit se in suam mansiunculam  
atque oratorium referi, erat autem hora diei tertia. Porta-  
vimus ergo illum, quia præ molestia languoris ipse non  
valebat ingredi: ac ubi ad portam pervenimus, rogabam-  
us ut alicus nostrum liceret ad ministrandum ei pariter  
intrare. Non enim per annos plurimos quispiam illuc, pre-  
ter ipsum intraverat: qui circumspexit omnibus, visitat  
fratrem, cuius supra memini, ventris fluxu languentem, &  
ait: Walchstod ingrediatu[m] mecum, hoc enim erat no-  
men fratris. Qui cū ad nonam uile horam intus cum  
illo maneret, sic egrediens vocavit me episcopus, inqui-  
ste justis ad se intrare: possum autem tibi rem referre no-  
vam permirabilem, quia ex quo ingrediens illuc tergi-  
Episcopum, deduximus eum ad oratorium, continuò sen-  
si me omni illa longa infirmitas molestia carere. Non  
autem dubitandum superna pietatis hoc dispensatione  
procuratum, ut qui multos anteas soles adhuc valentique  
curaverat, hunc quoque morituras curaret, quatenus hoc  
quoque indicio patet, etiam corpore infirmatus vir san-  
ctus, quantum spiritu valeret. In qua profecta curatione  
sequebatur exemplum sancti Almi & reverendissimi Patris  
Aurelii Augustini Episcopi, qui dum pellitus infirma e,

qua & mortuus est, decumbebat, et venit quidam cum suo  
agroto, rogans ut eidem manum imponeret, quo sanus  
eile posset. At ille: Si, inquit, aliiquid in his possem, mihi  
hoc utique primus praetulsem. Rursus qui venerat:  
Te, inquit, visitare nullus sum, siquidem in formis distum  
acepi: Vade ad Augustinum Episcopum, ut eidem ma-  
num imponat, & salvis es. Quo ille audito, mox agro-  
tanti manum benedicens imposuit: nec mora, sanatum  
ad propria remisit.

## CAPUT XXXIX.

*Quæ ultima fratribus mandata dederit, & ut percepto viatico  
inter verba orationis spiritum reddiderit cœli.*

Necravi autem, inquit, ad eum circa horam diei circiter  
nonam, inveni⁹ eum recumbentem in angulo sui ora-  
torii contra altare: absidere ceperit & ips⁹. Nec multa lo-  
quebatur, quia pondus agitudinis facilitatem loquendi  
minoraverat: verum me diligenter inquirentem quem he-  
reditarium sermonem, quod ultimum vale fratribus re-  
linqueret, ceperit dilacerare pauca, sed fortia de pace & hu-  
militate, cavendisque eis qui his obliquet, quām oble-  
tati malent. Pacem, inquit, inter vos semper, & charitatem  
cuidot de divina: & cū de vestro statu confilium vos  
agere necessitas populo posset, videte attentius, ut unanimes  
existatis in confilii: sed & cum aliis Christi servi mutuā  
habete concordiam, nec venientis ad vos hospitalitatis  
gratia, domest̄ cos fidei habeatis contemptū: sed familiariter  
ac benignè tales suscipere, tenere, ac dimittere cura-  
te, ne aquam vos meliores arbitantes ceteris ejusdem  
fidei & vita confortibus. Cum illis autem, qui ab unitate  
Catholica pacis, vel Pascha non suo tempore celebran-  
do, vel persevere vivendo aberrant, vobis sit nulla commu-  
nione: sciatisque & memoria retineatis, quia si vos unum ē  
duobus adversis eligere necessitas coegerit, multe plus  
dirigo, ut eruentis de unum o, tollente pectora vobis omnium  
reascedatis ab his locis, & ubique Deus p̄videtur,  
incolat, maneat, quām ut ullā ratone consentientes ini-  
quitate, schismaticorum jugo colla subdatis. Catholica  
Patrum statuta diligentissime discere arque observare  
contendite, ea quoque quæ per meum ministerium vobis  
divina pietas instituta vita regularis date dignata est, ex-  
erceat solliciti. Scio enim, quia eis quibusdam contem-  
ptibili⁹ vixi, post meū tamen obitum qualis fuerim, quām  
mea doctrina non sit contemnenda, videbitis. Hæc & his  
similia vir Domini per intervalla locutus, quia vis, ut di-  
ximus, infirmatus, possibiliterem loquendi ademerat,  
quietum expectatione futura beatitudinis diem duxit ad  
veperam: cui erat per vigiliem quietis in precibus con-  
tinuavit & noctem. At ubi confitum nocturna orationis  
tempus aderat, acceptis à me Sacramentis salutaribus,  
exitum suum, quem jam venisse cognovit, dominici cor-  
poris & sanguinis communione munivit: atque elevatis  
ad cœlum oculis, extensisque in altum manibus, intentam  
supernis laudibus animam ad gaudia regni celestis emi-  
fit.

## CAPUT XL.

*Quomodo iuxta prophetam Psalmi, quem eo moriente  
cantaverant, Lindisfarnenes sunt impugnati, sed  
Domino iuvante iterum protelli.*

A Tego statim egressus, nunciavi obitum ejus fratri-  
bus, qui & ipsi noctem vigilando atque orando trans-  
egeant: & tunc forte sub ordine nocturnæ laudes dicebant  
Psalmum quinquagesimum nonum, cuius initium est: Deus  
repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, & misertus es  
nobis. Nec mora, currens unus ex eis, ascendit duas can-  
delas, & utrāque tenens manu, ascendit eminentiorem  
locum, ad ostendendum fratribus, qui in Lindisfarneni  
monasterio manebant, quia sancta illa anima jam migrat  
ad Dominum, tale namque inter se hignum sanctissimi  
ejus obitū condixerant. Quod cū videre: frater, qui in

specula

specula Lindisfarnensis insula longè econtra eventus eiusdem per vigili expectaverat horam: cucurrit citius ad ecclesiam, ubi collectus omnium fratrum cœsus nocturnæ Psalmodie solemnia celebrabat: contigitque ut ipsius quoque intrante illo præstatum canerent Psalmum, quod superna dispensatione procuratum rerum exitus ostendit. Sepulto liquidem viro Dei, tanta Ecclesiari illam tentatio aura concussum, ut plures è fratribus loco magis cedere, quam talibus vel' lenti interesse periculis. Attamen post annum ordinatio Episcopatum Eadberto, magnarum virtutum viro, & in scripturis nobilitate eruditio, maximeque eleemosynarum operibus dedicato, fugatis perturbationis procellis, ut scriptura verbis utar, edificavit Jerusalēm, id est, visione pacis Dominus, & disperges Israel congregavit. Sanavit contritos corde, & alligavit contritiones eorum: ut palam daretur inteligi, quid significaverit Psalmus cum cognita beatitudini morte cantans: quia videlicet post ejus obitum repellendi ac defunctorum clienti ejus cives, sed post ostensionem ira minantis coeli protinus miseratione refondi: cuius sequentia quoque Psalmi eidem fenni concordare, qui retractat, intelligit. Impositum autem navi venerabile corpus patris, ad infulam Lindisfarnensem retulimus: quod magno accidentium agmine, chorisque canentium luceptum est, atque in Ecclesia beati Apostoli Petri ad dexteram altaris petrino in sarcophago repositum.

## CAPUT XLI.

*Quomodo puer demoniacus sit humus, cui Lavacrum corporis ejus infusum est, in aquam missa sanatur.*

**S**ed nec defuncto ac tumulato Christi famulo signa sanitatum, quæ vivens exercuerat, cessare potuerunt. Contigit namque puerum quendam in territorio Lindisfarnensem atrocissimo dæmonie vexari, ita ut sensu rationis funditus amissio clamaret, ejularet, & vel suum membra, vel quicquid attingere posset, mortibus dilaniare niteretur. Millus est ad Energumenum presbytere de monasterio: qui cum solitus fuisset per exorcismi gratiam immundos fugare spiritus, huic tamen obsecro prodeesse nil profus valebat. Vnde dedit confilium patri illius, ut impositum caro puerum ad monasterium deferret, arque ad reliquias beatorum martyrum quæ ibi sunt, Dominum pro illo precaretur. Fecit ut monuerat, sed noluera sancti Dei martyres ei petitam reddere sanitatem, ut quam celum inter se locum Cuthbertus haberet, ostenderent. Cum ergo infans ululando, ingemiscendo & frenendo dentibus nimio cunctorum visus & auditus horrore concuteret, nec esset qui aliquid remedii genus excogitare quivisset, sum ecce quidam presbyterus edocitus in spiritu, per opulationem beati patris Cuthberti, illum posse sanari, venit clangulo ad locum, ubi noverat effusum fuisse aquam, qua corpus ejus defunctum fuerat locum: tolensque modicam humi particulam, immisit in aquam: quam defensit a patientem, infudit in ore ejus. Quo horribiliter hiant, voces diras ac flebiles emittebat. Statim autem ut attigit aquam, continuo clamorem, clausit os, clausi & oculos, qui sanguinei & furibundi patebant, caput & corpus totum reclinavit in requiem. Quietiam placido sopore noctem transiit, & mane de somno simul & vesania coniurgens, liberatum se à dæmonio, quo premebat, beati Cuthberti meritis & intercessione cognovit. Mirandum, & bonis omnibus dilectabile spectaculum, cum videret filium cum patre sospitem loca sancta circumire, sacerdotum auxilio gratias sanissima mente referre, qui pridiè p̄r infaniam mentis nec se ipsum, qui esset, veluti esset, poterat agnoscere. Qui ubi tota fratrum caterva astante, vidente & congratulante ad reliquias martyrum genibus flexis dedit laudem Deo, Domino & salvatori nostro Iesu Christo: iam & ab hostiis verbere liberatus, & in fide firmior, quam fuerat effectus, ad propria rediit. Oftenditur usque hodie fossa illa, cui memo-

rable infusum est lavacrum, quadrato schemate facta, ligno undiq; circumdata, & lapillis intus impleta. Est autem iuxta Ecclesiam, in qua corpus ejus requiescit, ad partem meridianam: factumq; est ex eo tempore, ut plures sanitatum operationes per eodem lapides ad eandem terram Domino donante fierent.

## CAPUT XLII.

*Quomodo corpus ipsius post undecim annos sit sine corruptione repertum.*

**V**olens autem latius monstrare divina dispensatio, quanta in gloria vitæ sanctus post mortem viveret, cujus ante mortem vita sublimis, crebris etiam miraculorum patebat indicis, transactis se puitus & ejus annis undecim, immixti in animo fratrum, ut tollerent ossa illius, quæ more mortuorum consumpto, jam & in pulvrem redacto, corpore reliqua siccâ inventanda rebantur, atque in levi arca recondita, in eodem quidem loco, sed supra pavimentum digna venerationis gratia locarent. Quod dum ubi placuisse Eadberto antistiti suo medio fermè quadraginta tempore referrent, annui consilio eorum, iustitiae ut die depositionis ejus, quæ est tertiadecima Kalendas Aprilis hoc facere meminissent, fecerunt autem ita. Et apertientes sepulchrum, invenerunt corpus totum, quasi adhuc viveret integrum, & flexibilibus artuum compagibus multo dormienti quam mortuo similius: sed & vestimenta omnia quibus induitum erat, non solum intemerata, veium etiam præca novitate & claritudine miranda parebant. *Quod ubi videbunt, nimio mox timore & tremore fune perculli, adeò ut vix aliquid loqui, vix audierent intueri miraculum quod parebat, vix iph quid agerent, nollet.* Extremam autem indumentorum ejus partem pro ostendo incorruptioni signo tollentes (nam quæ carai illius proxima aderant, prorsus tangere timabant) testinarunt referre Antistiti quod invenerant: qui cum forte in remotiōre à monasterio loco restans undique maris flutibus cincto solarius manebat (in quo etenim semper Quadragesima tempus agere, in hoc quadraginta ante Dominicū natale dies in magna continēt, orationis & lachrymarum devotione auctoritate consueverat) in quo etiam venerabilis predecessor ejus Cuthbertus, proutquam Farne peteret, sicut & supra docimus, aliquandiu secretus Domino militabat. Attulerunt autem & partem indumentorum, quæ corpus sanctum ambierant. *Quæ cum ille & munera grata ter acciperet, & miracula libenter audiret (nam & ipsa indumenta, quasi patris adhuc corpori circumdata, miro desculabatur effectu)* Nova, inquit, indumenta corpori pro his quæ rutilis circumdate, & sic reponite in thecam quam paratis. Scio autem certissime, quia non diu vacuus remanebit locus, qui tanquam coelis miraculi virtute conformatus est. Ecce beatus est multum, cui in eo sedem quiescendi Dominus vera beatitudinis author auctoritate largitor concedere dignatur: adiecitq; mirando, quæ quondam versibus dixi, & ait,

*Quis Domini expedit celestia munera dicta,*

*Vel Par adiactus, que capit auris opes?*

*Dum prius infelix dirupto pondere letbi,*

*Vivere fidere a semper in arce dabit.*

*Mortua nunc tanto, qui membra decorat honore,*

*Pulchraque perpetua pignora præstat opis:*

*Quamq; beatus domus, sub tanto qua hospite fulges,*

*Nescia que navi lumine leta misas.*

*Nec tibi difficile omnipotens mandare sub arvo,*

*Ne deponas voret funera labes edax.*

*Qui triduo servas certi sub visceri vatem,*

*Lui si iter pandens, mortis ab ore tuo:*

*Qui ignibus in mediis in fronte membra tueris,*

*Ne Hebraum ledat Chaldaea flamma decus,*

*Dena quater renovas per frigor apiebū amictum,*

*Quæ phariam fugiens myia servat humum:*

*Qui rediviva levem formas in membras favillam:*

*Cum tremet angelicus mundus ab axe tubis.*

Hac ubi multis cum lachrymis, ac magna compunctione pontifex tremente lingua complevit, fecerunt fratres ut jusserat, & involutum novo amictu corpus, levigatum in theca reconditum, supra pavimentum sanctuarii composuerunt.

## CAPUT XLIII.

Quomodo corpus Eadberti Episcopi in tumulo viri Dei ponentes, sarcophagum illius desuper posuerunt.

INTEREA Deo dilectus Antilles Eadbertus morbo corripitur acerbo, & crescente per dies, multumq; ingravesciente ardore languor: non multo post, id est, pridie nonas Majas, etiam ipse migravit ad Dominum, impetrato ab eo manere, quod diligentissime perierat: videbatur ut non repentina morte, sed longa excoitus a gritudine transfiret e corpore. Cujus corpus in sepulchro beati patris Cuthberti ponentes, apposuerunt desuper arcam, in qua incorrupta ejusdem patris membra locaverant: ubi nunc usque, si potentem fides exigat, miraculorum signa fieri non debunt. Sed indumenta, quae sanctissimum corpus ejus, vel vivum vel sepultum vellentur, a gratia cuncti non vacant.

## CAPUT XLIV.

Qualiter agrotus ad tumulum ejus orando fit sanatus

DENIQUE adveniens transmarinis è partibus clericus quidam reverendissimi & sanctissimi Wilbordi Clementis Fresonum gentis episcopi, dū aliquot dies ibidem hospes moraretur, decidit in infirmitatem gravissimam, ita ut invalescente per longum tempus a gritudine jam desperatus jaceret: qui cum viro dolore, videretur sibi nec mori nec vivere posse, invento salubri consilio, dixit minister suo, Obscurè perducas me hodie post celebrazas missas, adorare ad corpus sacratissimum viri Dei (erat enim dies Dominicæ) per gratiam intercessiois ejus his cruciatis & ipiar, & vel sanatus ad presentem vitam redeam, vel defunctus perveniam ad aeternam. Fecit ille ut rogaverat, baculoq; innitente a gratum in ecclesiam non parvo cum labore perduxerit. Qui cum ad sanctissimum, ac Deo dilecti patris sepulchrum genua curvaret, caput in terram dimisceret, pro sua hospitate i cogaret, tantas continuo vires suum corpus de incorrupto illius corpore acceptile per tenit, ut absq; adminiculio vel ministeri ducentis vel baculi sustentantis ad hospitium rediret: qui post dies paucos robora ad integrum virtute, viam quam disponuerat, peregit.

## CAPUT XLV.

Quomodo paralyticus per ejus calceamenta fit sanatus.

ERAT in monasterio quodam non procul inde positio adolescentis, ea quam Graeci paralytin vocant, infirmitate, omni membrorum officio defititus; unde abbas ipsius scientiis in monasterio Lindisfarnensi medicos esse peritissimos: misit eum illò, rogans, infirmitatem si quid possent, curacionis conferrent. Qui cum suo quoq; abbate & episcopo jubentibus diligenter illi assisterent, & quicquid noscens erga eum industria medicinalis impederent, nihil omnino proficere valeant: quin porci crescebat quotidie morbus, & paulatim in deteriora vergebatur, adeo ut excepto ore nullum penè membrum posset loco movere. Cumq; à carnalibus medicis diu frustra laborantibus desperatus ac desertus jaceret, configit ad divinum medici celestis auxilium, qui in veritate peritus, propitius sit omnibus iniquitatibus nostris, qui sanat omnes languores nostros. Rogavit namq; ministrum suum, ut aliquam fibi portiunculam de incorruptibilibus sacri corporis afficeret exuvias, quia crederet per hujus se virtutem ad gloriam sanitatis Domino largiente reversurum. Qui con-

fulto abbate attulit calceamenta, quæ viri Dei in sepulchro pedes induerant, & ea pedibus dissolutis a grori circumdedit: liquidem primò a pedibus eum paralyticus apprehenderat. Fecit autem hoc noctis initio, cum tempus requiescendi adellet; statimq; ille placidum dimisus in soporem, procedente interpeste noctis silentio, capit alernis palpi are pedibus ut palam qui vigilabant, & videbant, ministri animadverterent, quia donata per reliquias viri sancti virtute medicandi, sanitas optata à planctu pedum per cætera membra effet transfracta. At ubi confutum in monasterio nocturna orationis signum insinuit, excitatus sonitu resedit ipse. Nec mora, solidati interna virtute nervis, artuumque compagibus universis, & dolore fugato, sanatum se esse intelligens surrexit, & in gratiarum actione Domino omne nocturne five matutina psalmodia tempus stando persolvit: mane autem iam facta, processit ad Ecclesiam, videntibusq; & congratulantibus universis, circunvit loca sancta orando, & suo Salvatori sacrificium laudis offerendo. Factum namque est, ut pulcherrima rerum conversione, is qui dissipatus totu illuc in vehiculo perlatus fuerat, inde strictis firmatisq; membris omnibus domum per se rediret incolus. Vnde meminisse juvat, quia hac est immutatio dexteræ excelsi, cuius memoranda ab initio mirabilia mundo fulgere non cessant.

## CAPUT XLVI.

Qualiter anachoreta Felgildus operario parietu ejus in vultu fit mundatus.

NEC prætereundum arbitror, quid miraculi celestis Netiam per reliquias sanctissimi oratorii, in quo patet venerabilis solitarius Domino militare consueverat, divina pietas ostenderit: quod tamen utrum meritis ejusdem beati patris Cuthberti, an succeloris ejus Edilwaldi, viri a quo Deo dediti, ascribendum sit, internus arbitri noverit. Neque aliquaratio vetat utriusque meritum factum credi, comitante etiam fide reverendissimi patri Felgildi, per quem & in quo miraculum ipsum, quod refero, sanacionis completum est. Ipse est, qui tertius ejusdem loci & militia spiritualis hæres hodie major septuagenario in magno vite futura desiderio terminum praesentes expectat. Cum ergo viro Domini Cuthberto ad coelestia translato, Edilwaldus ejusdem infula & monasterii colonus existere cœpisset: qui & ipse multo ante aper annos in monachia conversatione probatus, ritè gradum anachorética sublimatus a cenderat, reperit: quia parietes præfati oratorii, qui tabulis minus diligenter coaptatis erant compositi, longa essent vestitute dissipati, & separatis ab invicem tabulis, facilem turbinibus præbuissent ingressum. Sed vir venerabilis, qui celestis adiutio magis quam terreni decorum gaudebat, sumptuoso vel argilla, vel quicquid huiusmodi materia reperit, stipaverat rimulas, ne quotidianis imbrum levatorum injurias ab orandi retardaretur instantia. Cum hæc igitur Edilwaldus ingressu locum vidisset, postulavit a frequentantibus se fratribus pelliculam vituli, eamque in illo angulo, quo & ipse & prædecessor ejus Cuthbertus sepius orans stare, vel genu flebile solebat, clavis affixam violentius procellarum opposuit. At postquam ipse quoque expletis ibi duodecim continuo annis gaudium superne beatitudinis intravit, ac tertius locum eundem Felgildus incolere coepit: placuit reverendissimo Lindisfarnensi Ecclesia Pontifici Eadfrido dissolutum vetustate oratorium illud à fundamentis restaurare. Quod dum esset opus extrebat, & multi devota religione a beato Christi athleta Felgildo postularent, quatenus aliquam illis particulam de reliquis sancti ac Deo dilecti patris Cuthberti, sive succeloris ejus Edilwaldi dare debuisset: visum est illi divisam particularitatem memoratam pelliculam petentibus dandam: sed daturus semper aliis, prius in se ipse, quid hæc virtus haberet, expertus est. Habet namque vultum deformi-

mi ru-

mi rubore, brul & tumore perfusum, cuius quidem futuri in eo languoris, & prius cum adhuc communis interfratres vita degeneret, apscientibus in facie ejus signa patet. At cum in solitudine remors minorem corpori cultum, maiorem adhiberet continentiam, & quasi diutino carcere inclusus rarius vel fato solis vel aeris uteretur a flatu, excravit languor in majus, faciemq; totam tumentem ardore replevit. Timens ergo, ne forte magnitudine humoris di infirmatis solitariam deferere vitam, & communem necesse esset conversionem repeteret, fideli usus est presumptione, speravitq; se illorum ope curandum, quorum se mansionem tenet, & vitam gaudet imitari. Mitterens enim praeferat partem pellicula in aquam, ipsa aqua lavit faciem suam, statimq; tumor omnis, qui hanc obfederat, & scabies foeda recessit; iuxta quod mihi & primò religiosus guidans presbyter hujus monasterii Gyrensis indicavit, qui se vultum illius, & prius tumentem ac deformem nosse, & potu mandatum per fenestram manu palpasse referebat: et ipse postmodum Felgildus retulit, australis, quia res, ita ut presbyter narraverat, esset exulta, & quod ex eo tempore eii inclusus per multa annorum curricula maneret, et prius immunem ab hujusmodi molestia vultum semper haberet, agente gratia Dei omnipotens, qui & in presenti multis, & in futuro cordis & corporis nostri languores sanare confluavit: satiansque in bonis desiderium nostrum, sua nos in perpetuum misericordia & miseratione coronat.

CVTHBERTI EPISCOPI ET CONFESSORIS vite Finis.

### BEATI FELICIS CONFESSORIS VITA.

**F**ELICISSIMUM beati Felicis triumphum, quem in Nola Campaniae civitate Domino adjuvante promeruit, Paulinus ejusdem civitatis Episcopus versibus hexametricis pulcherrime ac plenissime descripsit: qui quia metris potius quam simplicibus sunt habiles lectoribus, placuit nobis ob plu: morum utilitatem eandem sancti confessoris historiam planioribus dilucidare sermonibus, ejusque imitari industria, qui martyrium beati Cassiani de metrico opere Prudentiu: communi, apertumq; omnibus eloquium transtulit. Igitur Felix natus est in Nola quidem Campania, sed patre Syro, nomine Hermia, qui de oriente Nolam veniens, ibidemq; quasi indigena inhabitans, genuit filium Felicem, eius defunctus reliquit hereditatem substantiae locupletis, cui tamen ipse promissa in coelestibus hæreditatis dona proposuit, sicut autem & fratrem cognomine sui patris, i. Hermiam, cum quo patrimonium divideret terrum, qui longè à Felicis moribus agens, atq; adeo felicitate indignus perpetua effectus est. Nam terrena solummodo bona diligenter studuit, & Caesaris potius quam Christi esse miles elegit: at contra, Felix nominis sui mysterium factis exequens, mox à puro se divino famulatu subiectus, & crescente gratia virtutum, primo lectoris officium in Ecclesia suscepit, ac post ad exorcista gradum provectus, immundos ex obsecris corporibus spiritus ejicere cepit. Cumq; & in hoc ministerio virtutibus clarus extitisset, non mora condignum meritis presbyterii gradum subiit. Nec minor gradu mente & opere remansi, sicut & jam anniversi tentationis turbo probavit. Nam tempore eodem exorta infidelium persecutio, gravi Ecclesiam certamine pulsavit: nec tamen portæ mortis portas filia Syon, ab annuncianda laude sui creatoris avertere potuerunt. Cumq; magistri auctoreq; perfidie, primum sive vesania conflictum contra ipsos veritatis ac fidei Dominicis magistros intendissent, primosq; Episcopos vel

presbyteros ecclesiastum ad terrorē minorum, aut morti tradere, aut ad negandam fidem cogere conspirassent: factum est, ut ministri erroris, & infetti furoris, Nolam quoque pervenientes, Episcopum urbis illius nomine Maximum, virum doctrina, pietate arcj; & state venerabilem, ad tormenta quererent: quod ille animadvertisens, memor Dominici præcepti, quod dictum est: Cū vos persecuti fuerint in civitate ista, fugite in aliam: petit ad tempus felicium loci remotoris, reliquo ad tuitionem civitatis Felice presbytero, quem filii loco amplectebatur, atq; haeredem suæ sedis accipere desiderabat. At persecutores ubi Episcopum invenire ne quiverunt, nihil morati manus in Felicem mittere contendunt, eumq; primum quasi maximum post Episcopum urbis, arcencē à consuetudine famosā sive virtutis dejecte, vel blandiendo promissis, vel poni terrendo fatigantur. Comprehensus igitur Felix ab adversariis furentibus, sed ipse multum de interna spiritus sancti consolatione consitus, mittitur in carcerem tenebrarum, manus simul & collum ferrea vincula stringunt: nervo pedes arctantur, fragmenta quoq; testarum subter eum itermebantur, ne inter horrorem, & frigora longe notis ligatus, vel somnum, vel requiem capere aliquam, continuo horum acumine compunctus sineretur. Interea Episcopus qui ad montium latibula hostem fugiendo secesserat, & ipse non minore martyrum passione gerebat, quam si ferro vincitus aut teflis superpositus, vel flammis esset datus urentibus. Vrebatur namq; animum illius cura maxima sui gregis: urebat & corpus fames, una cum gelidi rigor hyemis, qui intra spineta fine testo & alimento jacens, noctem una cum die pervigil sollicitis continuabat in precibus. Nec difficile membra senilia, & longis exhausta jejuniis, tanta vis malorum comprimens, ad mortem uique cogit: sed ut superna pietas apertissime, quanta fui cura vir ille dignus esset, ostenderet, mittitur ē cœlo Angelus, qui beatum Felicem Confessorem, vinculis exemplum, ad quærendum, recreandum, ac domi revocandum, Antilicem ocyus venire præcepit. Erant autem plures eodem in carcere clausi, sed Angelus adveniens foli Felici, qui pietatis gratia vincitus erat, apparuit, luce splendens corusa, & ipsam quoq; dominum gratia lucis adimplens, cuius voce simul & luce Felix motu intremuit. Ac primū quidem de somni imagine illudi putavit: at Angelus surge illum, & se lequi excedio præcepit: qui stupens ad imperium jubentis, causabatur se exire non posse, quia & vinculis & claustrō carceris, & custodum diligentia tenebatur. Porro angelus iterata voce surgere illum properè nihil obsidentibus vinculis jussit, & dicto citius catena de manibus & collo ejus, & compedes cedidere de pedibus. Duxit autem illum foras miro rerum ordine, aperta fibi quidem janua carceris: sed cæteris clausa, ita ut per ipsos custodes, quibus cludebatur, ignatos rerum iter agerent, ipso angelo inlata columna Mosaica, & ducatum Felici, & lumen uigil dum hostium manus evaderet, præsentia sua fulgore præbente. Ut autem pervenit beatus Confessor Felix ad locum deserti, quo Episcopus secesserat, invente eum a grā supīria tenui flatu trahentem: & quidem galvis, quod eum viventem invenerat, cōtristatus vero est multum, quod inventum morti proximum vidit. Itaque amplexus & osculatus est patrem, ceperatq; tentare, si forte crebro anhelitu sui oris & sui focu corporis, aliquid caloris posset gelidis ejus artibus afferre. Cum vero laborans, neq; clamando, neque tangendo aliquid sensu vitalis in ejus posset vel anima excitare, vel corpore: sed neque ignem aut alimentum in p.oximo, quo eum rigentem ac tabescerent recræaret, haberet: tandem invento salubri conflitu, flectit genua sua ad patrem Domini nostri Jesu Christi, suppliciter obsecrans, ut ipse cælitus eum juvaret, quo ministerium pietatis, quod iussus erat erga patrem suum, expiere valeret. Nec mora exauditus, videt pendentes vicini in sensibus uam: & illius esse munus agnoscit, cui naturarum conditor atque auctor omnium, & aquam de petra produxit arida, & ipsam cum voluit in vinū convertit. Latatusq; multum hoc munere divina pietatis, tulit racemum, atq; ad os Episcopi morientis admonuit:

sed quia